

Zur  
Gräfl. vom Hagen'schen  
Majorats - Bibliothek



MÖCKERN  
gehörig.

No 1415

21  
we

12  
VESTIGIA IVRIS GERMANICI  
IN IVRE CANONICO  
ET QUIDEM CAP. I. X. DE SPONSALIBVS

---

DE  
O D I O  
IN  
MATRIMONIA INAEQVALIA  
ET RESTRICTO IVRE  
NOBILITATIS GERMANICAE  
QVOD AD CONNVBIA

---

QVAE  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
WILHELMO HENRICO  
DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE WESTPHALIAE COMITE SAYNAE  
ET WITTGENSTEINII RELIQVA

---

PRAESIDE  
DN. IO. GEORGIO ESTOR

CONSIL. AVLICO SAXON. PROF. IVR. ORD. TRIBVNALIS SERENISS.  
SAXONIAE DVCVM QVOD IENAE EST FACVLT. ICTORVM  
ITEMQVE SCABIN. COLLEGII ADSESSORE

PRO GRADV DOCTORIS

D. IX. APRIL. A. O. R. CIOIDCC XXXX.

H. L. Q. C.

ERVDTORVM EXAMINI SVBMITTIT

A V C T O R  
IOANNES IACOBVS SORBER

ERFFVRTENSIS.

---

IENAE EX OFFICINA RITTERIANA.



VERBODEN TE WISSENDEN  
IN HET GANSCHE  
VAN DEZELVE

DE  
O D I O

MATRIMONIALE  
ET RESTRICTIO  
NOBILITATIS  
QUOD AD

LECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
DOMINO

WILHELMO HENRICO  
DE WITTEWINSCHEN


D. N. IO. GEORGIO ESTOR

PRO GEADVOCATIS

IOANNES JACOBUS SORBER

INNAE EX OFFICINA BISTERRICA






## CAPVT I.

EXHIBENS

### HISTORIAM, SCRIPTORES ET CON- TENTA CONCILII TRIBVRIENSIS.

#### CONSPECTVS DICENDORVM.

- §. I. **E**XPONITVR utilitas et amoenitas argumenti, quod praebet capitulum I. X. de sponsalibus.
- §. II. Recensetur hoc capitulum.
- §. III. Dissensus interpretum in explanatione huius capituli.
- §. IV. et V. Coniecturae quorundam Doctorum, in primis EMANVELIS GONZALEZ TELLEZ opinio, referuntur.
- §. VI. Et refutantur. Agitur de prohibitione legum germanicarum, quibus disponitur, ne qua extra prouinciam nubat viro, nec intra eam viliori.
- §. VII. Odium Germanorum, intuitu connubiorum cum exteris, apertius explanatur ex canone XXXIX. concilii Triburiensis.
- §. VIII. Hoc non obstante, congregati patres concilii Triburiensis diuortia non ex sententia germanicorum iurium, sed ex mente doctrinae suae ecclesiasticae diiudicanda esse censent.
- §. IX. Locus, tempus, causa et sub cuius auspiciis concilium conuocatum est, definitur.
- §. X. Definitio conciliorum et descriptio villae regiae, Triburiae.
- §. XI. Decreta concilii Triburiensis de hoc argumento recensentur.



#### §. I.

**V**ESTIGIA iuris germanici in iure canonico profare, certum est, docetque hoc capitulum I. X. de sponsalibus, difficile profecto et a nemine, quod sciam, huc vsque recte explicatum. Quocirca illud accurata meditatione dignissimum mihi fuit visum. Nec fore dubito,

A

quin

quin huius capituli explicatio accurata et solida magnam in theoria et praxi lectori proferat amoenitatem et utilitatem. Quam ob rem argumenti difficultas me haud potuit deterrere, sed singula huius capituli momenta apertius explanare, consilium cepi. Pauca quidem legimus, quae de hoc argumento in medium sunt prolata, nihilominus animus mihi est, periculum facere, et, reiectis omnibus difficultatibus, nonnulla lectu haud indigna proponere.

## §. II.

In primis operae pretium erit, prius quam singula excutiamus, capitulum quod ad verba, recensere: *De Francia quidam nobilem mulierem de SAXONIA LEGE SAXONVM duxit in uxorem: verum, quia non eisdem utuntur legibus SAXONES et FRANCIGENAE, caussatus, quod eam non sua, id est FRANCORVM LEGE desponsauerat (vel acceperat, vel donauerat:) dimissaque illa, aliam superduxit. Diffiniuit super hoc sancta synodus, ut ille transgressor euangelicae legis subiiciatur poenitentiae, et a secunda coniuge separetur et ad priorem redire cogatur.*

## §. III.

Mire se torquent interpretes in explicandis capituli verbis. Ridiculas profecto allegant coniecturas, et, quod miramur, doctissimum EMANVELEM GONZALEZ TELLEZ in *commentariis* ad librum IV. *Decretalium GREGORII IX.* sub titulo *de sponsalibus et matrimoniiis* capite I., non intellexisse genuinum capituli sensum, videmus. Quare, ut probe cognoscamus, erroneas opiniones, nonnullas adponere interpretationes, haud inutile erit.

## §. IV. Vna,

## §. IV.

Vna, quantum scio, interpretum coniectura, eo redit: Saxones a Carolo Magno legem accepisse, qua viro, vxorem ducenti, permissum, praeterita prima nocte, aut illam dimittere, aut per adhibitam benedictionem sacerdotalem confiteri, se consortii cum vxore initi, non poenitere. Qua lege cognita, Francum, qui Saxoniam sibi sociauerant feminam, eam Saxonum more iterum dimisisse, et aliam duxisse, putant.

## §. V.

Ne oleum et operam perdamus in recensione expositionum ineptarum, sufficiat, reliquis omisiss, EMANVELIS GONZALEZ TELLEZ adponere obseruationes, eiusque interpretationem animo perlustrare. Vult is, quem dixi, commentator, vt euoluamus titulum XLVI. *legis Salicae*, ac ex hoc fonte deriuandum esse sensum nostri capituli, existimat. Ibi deprehendi consuetudinem Francorum veterem in celebrandis nuptiis putat, siquidem in mallo seu iudicio coram tribus testibus, adhibito denario et solidis, solemnitates nuptiales instituerent. Verum enim vero moribus Saxonum in vsu fuisse, autumat, parentibus vxoris trecentos exsoluere solidos. Quodsi igitur Francus, neglectis moribus Francicis, mulierem saxoniam, Saxonum lege adquisierit, denegari marito non posset facultas, a matrimonio, tanquam contra leges et consuetudines suae gentis inito, recedendi.

## §. VI.

At, quis non animaduertit, nullam fidem mereri viri, alias doctissimi, opinionem, existimantis, connubium ob neglectum solemnitatum cuilibet genti, in contrahen-

trahendis nuptiis, propriarum, rescindi potuisse apud Germanos. Opus itaque erit, vt per argumenta solida extricemus atque euoluamus mentem nostri capituli. Exacte, quantum poterimus, demonstrabimus, Germanis non licuisse, extra prouinciam vxores quaerere, nec intra eam cum viliori sanguine se commiscere. Nam vti maximopere aspernabantur Teutones aliarum gentium connubia, id quod testatur CORNEL. TACITVS *de moribus Germanorum* capite IV., ita nec habuerunt inaequales coniunctiones pro legitimis coniugiis. Mos hic in Germania vsitatus subministrabit specialia capita et peculiarem harum thesium illustrationem. Ex quibus fundamentis, non vero ex interpretum expositionibus ineptis, adferre et declarare iuuabit veram et genuinam capituli explanationem.

## §. VII.

Fastidium, contemptum atque odium Germanorum in matrimonia, cum exteris vel vilioribus inita, congregati patres concilii Triburiensis canone xxxix. indicant his verbis: *Quicumque alienigenam, hoc est, alienae gentis feminam, verbi gratia, FRANCVS mulierem BOIOARICAM utrorumque consultum propinquorum lege, vel sua, vel mulieris lege acquisitam in coniugium duxerit, velit, nolit, tenenda erit, nec ultra ab eo separanda, excepta caussa fornicationis.* Quae verba satis docent, Germanos, hoc casu existente, prouocasse ad dissolutionem vinculi matrimonii, quod non secundum suae gentis legem coniugium esset contractum. Nec patres, quos dixi concilii Triburiensis, occularunt caussam et rationem Teutonum, multo magis per verba sequentia nobiscum eam communicarunt prohibitionem. Nos, aiunt, *cognita referimus, quia quendam FRANCORVM et mulierem*



rem SAXONICAM talia egisse cognouimus. Confer concilia a PHILIPPO LABBEO et GABRIELE COSSARTIO collecta, tomo IX. ad annum DCCCXCV. col. 461.

§. VIII.

Improbarunt hanc Germanorum consuetudinem, in dissoluendis matrimoniis, quae dixi, membra concilii Triburienſis. (§. XI.) Audiamus ipsissima ſynodi verba: *Diffiniuit ſuper hoc ſancta ſynodus, vt ille transgreſſor euangelicae legis ſubiiciatur poenitentiae et a ſecunda coniuge ſeparetur et ad priorem redire cogatur.* Ergo non permiferunt, diuortium prioris coniugii, et ſecundas cum quadam propriae gentis muliere initas nuptias, quin potius, vt diſcedens a ſecunda coniuge ſeparetur, et ad priorem redire cogatur, voluerunt.

§. IX.

Haec de mente atque argumento capitis I. X. de ſponſalibus iam iam ſufficiant. Plura dabo infra §. XXVIII. Nunc id praefertim ſuper eſſe videtur, vt ſub incudem vocem concilium ipſum, quo loco, quo tempore, ex qua cauſa et ſub cuius auſpiciis illud fuerit habitum.

§. X.

Concilia ſunt comitia ſacra regni eccleſiaſtici, collecta ex patribus et capitibus eccleſiae ad decidendas cauſas publicas eccleſiaſticas, vt regnum eccleſiaſticum ſtabiliatur. IVSTVS HENNING BOEHMER in *iure eccleſiaſtico proteſtantium* tomo V. libro V. titulo XVII. §. 73. Quod aliis placuerit ſynodi denominatio, nos haud moratur, quandoquidem nos, rubricam capituli noſtri I. ſequuti, concilii nomen retinere maluimus. Ad concilium igitur, de quo agimus, Triburienſe, quod actinet, ſuum id nomen debet villae regiae, quae Tri-



buria audit. Audiamus *Criticam annalium ecclesiasticorum* CAESARIS BARONII auctore ANTONIO P-AGI tomo III. ad annum DCCCXCV. post Christum natum: *Hoc anno apud TRIBURIAM villam regiam ad Rhenum, non longe a Moguntia, synodus congregata ad corrigenda clericorum vitia et ad ecclesiasticae disciplinae re-stauracionem. Ad eam episcopi viginti duo conuenere, qui quinquaginta et octo canones ediderunt, in hoc sancto concilio praesidente et adiuuante pio Principe Arnulpho gloriosissimo rege. Confer omnino IO. GEORG. AB ECKHART commentarios de rebus Franciae orientalis tomo II. libro XXXII. §. 28. 29. et 30. p. 756. - 761.*

## SCHOLION I.

Plura, qui de villa Triburia legere cupit, adeat dn. PRAESIDIS *de-cerpta ex Geographia veteri Hassiae* tomo II. *analectorum Hassiacorum* p. 325. - 327. CHRON. GOTTWICENSE tomo II. p. 516. seq. IO. IVST. WINCKELMANN. *in der Beschreibung der Fürstenthümer Hessen und Hersfeld* p. 109. CHR. IVNCKER. *in der Anleitung zur Geographie mitler Zeiten* p. 571. Audi, quaeso, Trithemium in *Chronico Hirsurgensi*: *Triburia, inquit, villa regia non longe a Moguntiaco super Rhenum, quae modo deserta nullum pristini honoris vestigium tenet, praeter muros castelli dirutos. Est autem inter Oppenheim et Moguntiam per Rhenum descendantibus ad manum dexteram, locus, ubi quondam haec villa imperialis cum castro et monasterio pulcherrima sita fuerant. De ea silet de MICHAEL GERMAN. apud IO. MABILLON de re diplomatica libro IV. p. 332.*

## SCHOLION II.

SAGITTARIANA *introduc-tio in historiam ecclesiasticam* tomo II. p. 1430. cura IOAN. ANDREAE SCHMIDII edita, trium conciliorum Triburiensium mentionem facit. Et primum quidem ab Arnulpho rege, anno DCCCXCV.; secundum vero anno MXXXV. a Conrado II. imperatore; tertium denique a Sigehardo patriarcha Aquileiensi et Altmanno episcopo Patauiensi Pontificis legatis anno MLXXVI. esse conuocata, perhibet.

## §. XI.

Quum in determinando tempore et loco scriptores conciliorum mirifice conueniant, concilium illud, de

de quo nunc mihi est sermo, vel, vt aliis audit, synodum, regnante Arnulpho imperatore anno DCCCXCV. regni sui octauo, indictione XIII. mense Maio esse congregatam, constat. Consentiunt mecum PHIL. LABBEVS et GABRIEL COSSARTIVS tomo IX. *conciliorum* ad annum DCCCXCV. col. 438. Restare videtur, accuratius contemplari causas quibus Arnulphus commotus fuit, vt conuocaret Archiepiscopos, Episcopos, et alios. Ne autem existimes, Arnulphum maximis cum solemnitatibus matrimoniorum tantum gratia cogisse concilium; rogo, inspicias contenta canonum, litteris exaratorum, tunc praeter decisiones causarum ad matrimonia pertinentium, perstricta deprehendes vitia clericorum, (§. x.) materiam de decimis, de sepultura mortuorum, de furibus et latronibus, de clerico homicidium committente, de conflictu iurisdictionis et mandatorum episcopi ac comitis, de obedientia sedi romanae praestanda, et quae sunt alia canonum summaria, de quibus consule IO. HARDVINVM in *actis conciliorum et epistolarum decretalium* tomo VI. p. 435. seq. IO. CABASSVTIVM in *notitia ecclesiastica historiarum, conciliorum et canonum* ad annum DCCCXCV. p. 360. seq. GVIL. CAVE in *historia ecclesiastica scriptorum ecclesiasticorum* p. 490. IOACH. HILDEBRAND in *historia conciliorum* p. 252. NATALEM ALEXANDRVM in *historia ecclesiastica veteris nouique testamenti* tomo IV. articulo xxx. de concilio Triburiensi p. 107. et CAESAREM BARONIUM tomo X. *annalium* ad annum DCCCXCV. n. III. p. 639.

CAPVT

CAPVT II.  
SISTENS  
NOBILITATIS GERMANICAE ORIGI-  
NEM, DIVISIONEM ET RELIQVAS PERSONARVM  
IN GERMANIA DISTINCTIONES.

## SYNOPSIS.

- §. XII. **E**XPONITVR *thesis, iure naturali homines esse aequales, post foundationem vero rerum publicarum resultasse distinctionem inter imperantes et subditos.*
- §. XIII. *Allegatur differentia personarum in Germania.*
- §. XIV. *Ratio huius discriminis.*
- §. XV. *Definitio seruorum germanicorum. An serui in Germania exstiterint? disquiritur.*
- §. XVI. *Describuntur Teutonum liberti.*
- §. XVII. *Definitio ingenuorum. Laudantur eorum studia militaria tam equestria, quam pedestria.*
- §. XVIII. *Explicatur origo ministerialium.*
- §. XIX. *Quid sit ministerialis? docetur.*
- §. XX. *De diuisione ministerialium in ministeriales regni et ministeriales vulgares.*
- §. XXI. et XXII. *Continent definitionem nobilitatis, modum acquirendi eam et monitum, ne quis deriuet Germanorum nobilitatem ex Latio. Quibus adiungitur origo nobilitatis romanae.*
- §. XXIII. *Referuntur personae ad classem nobilium veterum pertinentes.*
- §. XXIV. *Explicatio tituli nobilis.*
- §. XXV. *Quamdiu proceres Germaniae dicti fuerunt nobiles, eruitur. De origine discriminis inter nobilitatem superiorem et inferiorem, quaedam dicuntur.*
- §. XXVI. et XXVII. *Docetur, quam accurate obseruarint Germani distinctionem, quam dixi.*

## §. XII.

**C**ONSTAT inter omnes, quod secundum libertatem naturalem omnes homines sint aequales, et nemo contra alterius voluntatem ius habeat, hanc aequalitatem imminuendi, mutandi, vel penitus tollendi, teste NICOLAO HIERONYMO GVNDLINGIO in *iure naturae et gentium* capite V. §. 7. Quam aequalitatem fundatione rerum publicarum deperditam esse, L. B. SAMVEL DE PVFENDORF in *iure natu-*

rac

*rae et gentium* libro III. capite II. fufe declarauit. Quum enim in statu ciuili vnus aut plures potestatem imperandi aliis agnouiffent, reliquis neceffitas obfequii fuit iniuncta, maximaque fane inaequalitas inter imperantes et fubditos refultauit. Sic ius naturae ignorat diuifionem nobilium, ingenuorum, libertorum et feruorum. E contrario iuri ciuili diftinctio perfonarum placuit.

§. XIII.

Num autem in Germania differentia perfonarum introducta fuerit? Iure merito difquiritur. Adfirmantem fententiam ex ipfo capitulo eruere, difficile haud effet. At, hoc non contenti, folidioribus rationibus illuftrabimus fundamenta diuifionis. Opus igitur eft, hanc ob cauffam prouocare ad CORNELII TACITI elegantiffimum libellum *de moribus Germanorum* capite XXV. cuius uerba ita fe habent: *Liberti non multum fupra SERVOS funt: raro aliquod momentum in domo, numquam in ciuitate, exceptis duntaxat iis gentibus, quae regnantur: ibi enim et fuper INGENVOS et fuper NOBILES adfcendunt: apud ceteros impares LIBERTINI libertatis argumentum funt.* Quis itaque in dubium uocat, inter Germanos non fuiiffe nobiles, ingenuos, libertos atque feruos?

SCHOLION I.

Idem teftatur ADAMVS BREMENSIS in *hiforia ecclefiaftica* libro I. capite V. inter ERPOLDI LINDENBROGII *rerum germanicarum feptentrionalium fcriptores* p. 2. *Quatuor, ait, differentiis, gens illa confiftit, NOBILIVM fcilicet et LIBERORVM, LIBERTORVMQVE atque SERVORVM.* At noftrae thefi obftare uidetur relatio NITHARDI *de diffenfionibus filiorum Ludouici Pii* libro IV. p. m. 105. *Quae gens omnis, inquit, in tribus ordinibus diuifa confiftit. Sunt enim inter illos, qui edhilingi; funt, qui frilingi, funt, qui lazzi illorum lingua dicuntur.* Latina uero lingua funt, nobiles, ingenuiles atque feruiles. Nithardo fuffragatur HVCBALDVS ELNONENSIS in *uita B. LEBVINI.* Sed, fi

B

dicen-



dicendum, quod res est, memorati scriptores contrarii non videntur priori, forsitan, quia liberti non multum supra seruos fuerunt, (§. XIII.) illos ad ordinem seruorum referri posse, censuerunt. Attamen libertos et seruos inter se differre, probarunt CORNELIVS TACITVS, ADAMVS BREMENSIS (§. XXVII.) et NICOLAUS HIERONYMVS GVNDLING in *dissertatione, an venter nobiliter?* capite II. §. 1. seq.

## SCHOLION II.

Nec inutile esse quaestionem, existimo, an vniuersa Germania, an certae tantum prouinciae agnouerint discrimen nobilium et ingenuorum? Prius defendere conatur PHILIPPVS CLVERVS in *Germania antiqua* capite XV. p. 98. *Quatuor differentias*, scribit, *Saxonum non modo de hac natione, sed et de vniuersa Germanorum gente, intelligi debere.* Posterius tuetur ADRIANVS VALESIVS, et quod mirandum, eruditissimus IO. NICOLAUS HERTIVS volumine II. *Opusculorum* parte I. p. 312. et 314. illum sequitur. Pro corroboranda sententia adferunt exemplum Francorum. Sed huius opinionis falsitatem ad oculum demonstrarunt dn. PRAESES in *commentariis de ministerialibus* capite V. §. 257. seq. IO. ADAMVS KOPP *de insigni differentia inter S. R. I. comites et nobiles immediatos* sectione I. §. 3. NIC. HIERONYMVS GVNDLING in *dissertatione, an venter nobiliter?* capite II. §. 4. seq. nec non IOACHIMVS GEORGIVS DE PLOENNIES in *tractat. de ministerialibus* §. 7. seq. De Frisiis testatur lex FRISIONVM titulo XV. En verba: *Compositio hominis nobilis librae XI. Compositio liberi librae V. et dimidia. Compositio liti librae II. et unciae IX. Compositio serui libra I. et unciae IV.*

## §. XIV.

Non sine ratione verbosiores fuimus in diiudicandis nationis germanicae ordinibus, quoniam lumen fere omne, quod capitulo nostro perquam obscuro accendendum erit, inde quaerendum, ne dicam, quod in exponenda doctrina de impari matrimonio absque hoc argumento veri nihil, nec quidquam solidi poterit proferri (§. XXXVII. XL. XLI. seq.) Operae pretium itaque erit, singulatim, etsi breuissimis, de seruis, libertis, ingenuis et nobilibus agere.

## §. XV.

## §. XV.

Absurde plerique negant, in Germania non fuisse seruos. Verum, eos a recta via aberrare, IOACHIMVS POTGIESSER de conditione et statu seruorum apud Germanos tam veteri, quam nouo p. 77. docuit. (§. XIII.) Serui nihil aliud erant, quam homines corpore dominis obnoxii, ea lege, vt censum et operas dominis praestarent, et ex horum praediis cum familiis alerentur, CORNELIVS TACITVS de moribus Germanorum capite XXV.

## §. XVI.

Non multum supra seruos fuerunt liberti. (§. XIII.) Hi erant homines ex iusta seruitute manumissi ad certas patronis obstricti operas, prout hoc explicant leges BOIARIORVM tit. X. apud LINDENBROGIVM p. 416.

## §. XVII.

Ingenui sunt personae, quibus ingenita est libertas absque dignitate maiore (§. XXII. scholion). Temporibus regum Francorum, et insequenti aeuo ingenui frequenter adpellantur liberi et liberi homines, CAROLVS DV FRESNE in glossario sub vocibus, *ingenui, liberi, liberi homines*. Peculiaribus utebantur iuribus. In primis militiae se totos manciparunt, unde milites, militares, homines de militari genere, equites, *Ritter, Rittermäßige, Ritterbürtige* dicti fuerunt, NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLING in *dissertatione, an venter nobilitet?* capite II. §. 9.

## SCHOLION.

Germani, Marti admodum dediti, bellicam virtutem ac gloriam praecipuis dignam censuerunt honoribus, dn. PRAESES in *observationibus feudilibus* obseruatione XIV. et XLIX. p. 16. et 51. seq. Ita de iis refert CORNELIVS TACITVS de moribus Germanorum capite XIV.

B 2

et flu-

et studia eorum militaria elegantibus depingit verbis: *Nec arare terram, aut expectare annum, tam facile persuaseris, quam vocare hostes et vulnera mereri. Pigrum, quinimo et iners videtur, sudore acquirere, quod possit sanguine parari.* Media aetate ad militiam equestrem et cingulum militare ingenuos tantum fuisse admissos, legimus. Ex quibus, ne colligas, quaeso, Teutones ingenuos solum ad militiam equestrem adhibuisse. Neutiquam! Temporibus Germaniae antiquissimae ingenui pedestri potius, quam equestri militiae operam dederunt. Testis est CORNELIVS TACITVS capite VI. *de moribus Germanorum*, plus penes peditem veterum Germanorum, roboris fuisse. Succedente vero aevo potissimum in equitatu robur collocarunt Germani, et equestrem militiam pedestri praetulerunt, IO. GEORG. CRAMER in *commentariis de iuribus et praerogatiuis nobilitatis auitae* capite II. §. 7. p. 65. seq.

## §. XVIII.

Media aetate multi, immo plerique ingenuorum in clientela ducum, principum, comitum et liberorum dominorum fuerunt. Quam ob rem iis nomen ministerialium *der Dienstmänner und edlen Knechte* tributum, quia dominis ad praestanda seruitia siue bellica, siue castrensia siue aulica obstricti erant. Causas, cur seruitia sua principibus atque dynastis addiderint eiusmodi ingenui, quantum fatis est, indicarunt dn. PRAESES in *commentariis de ministerialibus* capite VI. §. 304. p. 441. et in *observationibus iuris feudalis* observatione XVIII., nec non CHRISTIAN. GOTTLIEB RICCIUS in *dem zuverlässlichen Entwurf von dem Landsässigen Adel in Teutschland* parte I. capite VII. §. 1. seq.

## §. XIX.

In qua significatione ministeriales sunt personae extra classem dynastarum constitutae (§. XXII. scholion.) quae huic seruitia sua sub legibus adstrictis addixerunt.

## SCHOLION.

Qui ex ingenuorum seu ministerialium numero Caesari sua dicabant seruitia, non melioris erant conditionis quod ad statum suum, quam illi,



illi, qui ordini dynastarum parebant. Caesar enim est caput eorum, qui in classe nobilitatis superioris viuunt. Id quod contra illos obseruandum, qui matrimonium principis vel comitis, cum persona status equestris immediati contractum, pro aequali temere venditant.

## §. XX.

Quum itaque ministerialis denotet hominem ministeria seu officia praestantem, (§. XIX.) velim scias, vocem *ministerialis*, non vnus esse significatus, vt eo nomine tantum veniant ingenui singulari mancipatione ad seruitia obstricti. Caueas autem, ne confundas cum illis officiales seu ministeriales regni, ex nobilium seu dynastarum ordine lectos, archicancellarios, archipincernam, archidapiferum, archimareschallum et archicamerarium. Sane ARNOLDVS Lubecensis claris verbis docet, officiis supremis praefuisse homines ex nobilitate vetere, confer dn. PRAESIDIS *commentarios de ministerialibus* capite I. §. II. seq. et *obseruationes iuris feudalis* obseruatione XVIII. p. 21. IO. GEORGII CRAMERI *commentarios de iuribus et praerogatiuis nobilitatis auitae* capite II. §. 7. p. 69. et CHRISTIANI GOTTLIEB RICCI *zuverlässlichen Entwurf von dem Landsässigen Adel in Teutschland* parte I. capite V. §. 4. seq.

## §. XXI.

Praeter seruos, liberos et ingenuos in Germania quoque exstiterunt nobiles, (§. XIII. ibique scholia) qui certum constituerunt ordinem. Nemo illum ingrediebatur, nisi, qui ob rei militaris virtutem ac laudem ad primaria reipublicae munera, tam bellica, quam ciuilia, euectus esset. CORNELIUS TACITVS *de moribus Germanorum* capite VII. id sequentibus exprimit verbis: *Reges ex nobilitate, Duces ex virtute sumunt.* Et ca-

pite XIII. ita loquitur: *Insignis nobilitas, aut magna patrum merita, principis dignationem etiam adolescentulis adsignant.*

## SCHOLIQN.

Errant igitur, qui originem nobilitatis germanicae ex Latio derivare cupiunt. Ne quis autem in eundem incidat errorem, quaedam de natura nobilitatis romanae et germanicae iuvat commentari. Pro fundamento nobiles romani agnoscunt ius imaginum. Nam ii proprie dicti sunt nobiles, qui maiorum suorum, magistratibus curulis perfunctorum, ostendere poterant imagines. Magistratus curules dicebantur, qui usi sunt sella eburnea curuli, ut dictatores, consules, praetores, censores et aediles curules atque alii, teste EZECHIELE L. B. DE SPANHEM *de usu et praesstantia numismatum* tomo II. p. 88. Non omnes igitur magistratus romani, neque senatores, neque tribuni plebis aliaeque personae in dignitate viventes, gaudebant nobilitate, sed tantum magistratus curules. Namque sellae curulis origo est ex honore *πεποδῆας* et simili honore diis habito. Quare caesaribus eorumque coniugibus ac liberis positae, EZECHIEL SPANHEM l. c. dissertatione X. p. 209. Inde caesares dicti sunt nobilissimi et postea horum liberi, teste EODEM l. c. p. 358. et GISBERTO CVPERO libro IV. *observationum* p. 5. seq. Id quod optime declarat MARCO TVLLIVS CICERO in *oratione de lege agraria secunda* capite I. Imagines, quod adinet, ex aere, cera vel marmore, immo pictas existisse, legimus apud IUVENALEM *satyra* VIII. v. 19.

- - - *pictosque ostendere vultus  
Maierum.*

Exhibebant vultus virorum subnotatis eorum nominibus praeclaris. Quas imagines summa cum cura in atriis longo ordine servabant, ut essent indices honorum, munerum, titulorum ac rerum praeclare gestarum. Quae omnia illustravit dn. PRAESES in *commentariis de ministerialibus* capite V. §. 237. p. 310. seq. et IO. GEORGIUS CRAMER in *commentariis de iuribus et praerogativis nobilitatis auitae* capite II. §. 3. p. 25. seq.

## §. XXII.

Ego itaque nobilitatem h. l. definitio per classem personarum post caesarem in Germania supremam, quae in regni officialibus et banneriis consistebat, dn. PRAESES in *commentariis de ministerialibus* capite V. §. 236.

SCHO-

## SCHOLION.

Differt ergo ab ordine dynastarum (ita enim classis suprema officium germaniae quoque adpellatur) ordo eorum, qui nihil, nisi vasalli erant, et sub dynastarum ordinis personis solebant equis merere, nunc vasalli, equites, caballarii, ministeriales, nunc *Ritter, gemeiner oder niedere Adel* vocabantur, confer dn. PRAESIDIS *observationes iuris feudalis* observatione XVI. p. 19. et partem III. der *kleinen Schriften* p. 720. nec non partem IV. p. 799. seq.

## §. XXIII.

Igitur in ordine nobilium in Germania vivebant duces, principes, comites, liberi domini seu barones, qui omnes antiquissimis temporibus nobiles dicti fuerunt. Insignis itaque intercedit differentia inter veteres nobiles et ministeriales vulgares. (§. XXII. scholion.) Clare hoc indicant OTTO FRISINGENSIS in opere *de Gestis Friderici I.* libro II. capite XXVIII. NIC. SCHATEN in *annalibus Paderbornensibus* libro XVI. ad annum 1434. nec non charta HENRICI abbatis Fuldenfis de anno 1292.

## §. XXIV.

Magni fecerunt Germani veteres titulum NOBILIS, adeo, vt hi imperatores, reges, electores, principes, comites et barones tales ita vocare, haud dubitarent. vnde et hodie hoc epitheto e cancellaria pontificis maximi salutantur personae nobilitatis superioris.

## SCHOLION.

Probationis gratia liceat, nonnulla proferre testimonia: Sic imperator Henricus *der edle Herr Kayser Henrich* apud AVCTOREM *der Lindauischen Ausföhrung* in documento sub litteris jiii. p. 668. vocatur. De regibus etiam hoc patet ex litteris EMANVELIS COMNENI ad Ludouicum Galliae regem apud EMUNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND tomo I. *thesauri anecdotorum noui* p. 339. Innocentius XI. Iosephum Clementem Electorem Coloniensem NOBILEM vi- rum adpellauit, teste IO. FRID. PFEFFINGER. in *Vitriario illustrato* tomo K.



tomo I. p. 1069. Immo pontificem cunctos electores catholicos ita hodie compellare, auctor est IO. CHRISTIANVS LÜNIG in *theatro caeremoniali politico* tomo III. p. 371. De principibus, Ottone, Ludouico, et Stephano ducibus Bauariae videatur WIGVLEIVS HVND in *metropoli Salisburgensi* tomo III. p. 446. Nec aliter duces Brunsvicenses et Luneburgici Ottones pater et filius nominantur ab Echardo de Estorpe in formula fideiussionis apud IO. FRIDERICVM PFEFFINGER. in *vitriario illustrato* tomo II. p. 816. lit. b. Immo, quod mirandum, plurimi comites olim maluerunt nominari nobiles domini, quam comites, teste dn. PRAESIDE in *commentariis de ministerialibus* capite II. p. 246. Plura, qui de titulo nobilis, quem cancellaria romana regibus atque principibus tribuere solet, legere cupit, consulat HVLDERICVM AB EYBEN p. 862. seq. *scriptorum*.

## §. XXV.

Immensa diplomatum et monimentorum historicorum copia satis euincit, proceres Germaniae (§. XXIII.) vsque ad seculum fere XV. dictos fuisse nobiles *Edele*, HVLDERICVS AB EYBEN in *dissertatione de titulo nobilis* et dn. PRAESIDES in *commentariis de ministerialibus* p. 340. 360. vsque 416. Vnde recte concludimus, antiquissimis temporibus incognitam fuisse distinctionem in nobilitatem superiorem et inferiorem *den hohen und niedern Adel*, quod probe inculcauit IO. GEORGIVS CRAMER in *commentariis de iuribus et praerogatiuis nobilitatis auitae* capite II. §. 8. p. 87. In Germania enim tam antiqua, quam media ad nobiles tantum referebantur duces, principes, comites et liberi domini. (§. XXIII.) Quum vero recentiori aetate equites sibi sumisissent nobilitatem, non mireris, inde natum esse discrimen nobilitatis, quarum altera nobilibus veteribus, altera equitibus competiuit, DAVID GEORGIVS STRVBEN in *obseruationum iuris et historiae germanicae decade*, obseruatione I. §. 3. dn. PRAESIDES in *commentariis de ministerialibus* capite V. §. 277. et in *obseruationibus iuris feudalis* obser-



obseruatione XVI. p. 19. ibi accurate demonstratur, quod personae seu vasalli ex classe dynastarum *dem Herrstand*, postea dicti etiam legantur *der hohe Adel*; equestris vero ordinis homines ad inferiorem classem, *dem niedern Adel*, pertinuerint. Ex qua notione fluit, quod nobilis superior sit persona ex ordine dynastarum, nobilis autem inferior homo ex classe militum desumptus. (§. XIX.)

## SCHOLION.

Quod circa seculum XV. equestris ordinis homines sibi attribuerint nobilitatem, nos docet scriptor huius seculi fide dignus ALBERTVS KRANZIVS libro I. *metropoleos* capite II. KRANZIO accedit PETRVS ALBINVS aeuo illi proximus *in der Meißnischen Land-Chronick* titulo XI. Elegantem etiam locum exhibet IO. STVMPFII *Schweitzer-Chronick* p. 313. Quorum auctorum fidem ipse IO. STEPHANVS BVRGEMEISTER *im Graven und Ritter-Saal* parte II. sectione XV. num. 13. in dubium vocare, ausus non fuit. Et, quamuis in quibusdam diplomatibus inueniamus milites et ministeriales titulo nobilis honoratos, collationem tamen istam ex principum benevolentia factam esse, existimo. CHRISTIANVS GOTTLIEB RICCIUS *in dem zuverlässlichen Entwurf von dem Landsässigen Adel in Teutschland* parte I. capite XXXIX. §. 1. et 2. seq.

## §. XXVI.

In primis Germani discrimen inter nobilitatem superiorem et inferiorem (§. xxv.) maxima cura obseruarunt. Vestigia eius praebet militia Teutonum, in qua certis utebantur signis, pro conditione personarum diuersis. Ita nobiles ex classe suprema adhibuerunt banneria, nobiles vero inferiores seu ex equestri ordine homines (§. xxv. scholion.) gauisi sunt pennone *des Wimpels*. Optimam horum vocabulorum explicationem nobis dabunt dn. PRAESIDIS *auserlesene kleine Schriften* parte V. p. 809. et *obseruationes iuris feudalis* obseruatione XVII. p. 20. vbi dicitur: *Bannerius autem erat persona nobilis, praedia lauta et spectabilem equitum numerum*

C

merum



*merum possidens. Bannerii vexillo distinguebantur, quo utebantur in praeliis et eodem inuestiebantur. Equites autem pennone gaudebant, sub quo reliqui eorum comilitones militabant. Eodem modo differentia intuitu stipendiorum et nominum obseruabatur, nobiles superiores milites primi, nobiles vero inferiores milites gregarii sunt vocati.*

## §. XXVII.

Differentia nobilitatis praecipue firmatur a legibus veterum Germanorum, in primis in iure connubiorum, de quo ita commentatur ADAMVS BREMEN-  
SIS libro I. *historiae ecclesiasticae capite V. Generis quoque et nobilitatis suae, inquit, prouidissimam curam habentes, nec facile ullis ALIARVM GENTIVM vel sibi INFERIORVM CONNUBIIS infecti, propriam et sinceram, tantumque SIBI SIMILEM GENTEM facere conati sunt. Paulo autem post ita pergit ADAMVS l. c. Et id legibus firmatum, vt nulla pars in copulandis coniugiis propriae sortis terminos transferat, sed NOBILIS NOBILEM ducat VXOREM, LIBER LIBERAM, LIBERTVS coniungatur LIBERTAE et SERVVS ANCILLAE. Si vero quispiam horum SIBI NON CONGRVENTEM et GENERE PRAESTANTIOREM duxerit VXOREM cum VITAE suae damno componat. Haec M. ADAMVS apud GOTHOFREDVM GVILIELMVM LEIBNITIVM tomo I. scriptorum rerum Brunsvicensium p. 76. Reliquarum gentium mores heic adducere, superfedere possumus, dum infra viteriori opus erit huius argumenti explanatione.*

CAPVT

## CAPVT III.

DE

ODIO VETERVM GERMANORVM  
IN MATRIMONIA CVM EXTERIS.

## EPITOME CAPITIS III.

- §. XXVIII. RECENSET Germanorum rationes, cur non permiserunt connubia cum exteris.
- §. XXX. Quod ex iuribus ciuitatis germanicae declaratur.
- §. XXXI. Restrictionem libertatis circa ministerialium nuptias exponit.
- §. XXXII. Porro illustratur, et cur caesaris lironibus libertas matrimoniorum fuerit concessa, inquiritur.
- §. XXXIII. De poena in Graecia determinata intuitu coniugiorum, eum peregrinis initorum.
- §. XXXIV. et XXXV. Romani quoque, ne quis cum alia, quam ciue romana se iungat, disposuerunt.

## §. XXVIII.

NON est, quod mireris, Germanos veteres omnem adhibuisse curam, euitandi matrimonia cum alius gentis persona. (§. xxvii.) Non licuit illis extra prouinciam nubere. (§. vi. et vii.) Rationes legislatorum sine dubio fuerunt, ne per ciuium cum exteris connubia, tum indolis ac ingenii, tum morum germanitas, habitusque corporis corrumpatur, multo magis cum ipso nutriceis lacte genuinus ac sincerus erga patriam eiusue mores amor, imbibatur. Id quod luculenter indicat CORNELIVS TACITVS de moribus Germanorum capite IV. Ipse, refert, eorum opinionibus accedo, qui Germaniae populos NULLIS ALIIS ALIARVM NATIONVM CONNVBIIS infectos, propriam et sinceram et tantum SVI SIMILEM GENTEM exstitisse, arbitrantur. Et capite II. scribit: Ipsos Germanos indigenas crediderim, minimeque ALIARVM GENTIVM aduentibus et hospitibus mixtos.

C 2

§. XXIX.



## §. XXIX.

Praeter TACITVM et ADAMVM BREMENSEM (§. VI. VII. VIII. et XXVII.) hoc etiam indicant patres concilii Triburiensis canone xxxix. Ibi legimus prohibitionem, ne in posterum ad separationem vinculi matrimonii, tametsi secundum suae gentis legem coniugia non fuerint contracta, prouocare, amplius liberum sit. (§. VII. et VIII.) Quid talis correctio aliud inuoluit? Quid talis constitutio aliud innuit? quam existisse legem vel consuetudinem apud Germanos, qua illicita pronunciata sunt matrimonia cum alio populo.

## §. XXX.

Inde satis superque elucescit, olim iura ciuitatis apud Francos peregrinis denegata, et connubia cum iis contracta, effectu legitimo destituta fuisse. Nec obstat, quod Saxones, Alemanni, Boii aliique populi redacti sint in potestatem Francorum. Sed hanc subiugationem, saluis legibus et consuetudinibus cuius genti propriis, factam esse, nemo in dubium vocabit. Firmat sententiam nostram praefatio legis salicae, docens: Theodoricum regem Francorum iussisse conscribere legem Francorum, Alemannorum et Boioariorum et unicuique genti, quae in potestate eius erat, secundum consuetudinem suam. Sic ob defectum ciuitatis Boii nullas saxonicae gentis mulieres ducere potuerunt, CAROLVS MEICHELBECK in *historia Frisingensi* tomo I. p. 157., vbi legimus haec: *Bodo, Noricus natione, viuens bauarica lege.* Hinc Henricus Leo, proscriptus, querebatur de iniuria Friderici I. imperatoris, quod natiuitate sueuum non iudicauerit secundum huius populi leges et consuetudines, ARNOLDVS Lubecensis p. 276.

et A B-



et ABBAS Vrspergensis in *chronico* p. 297. nec non NICOLAUS HIERONYMVS GVNDLING *digestorum* libro I. titulo V. §. 41. p. 69.

## SCHOLION.

Quum itaque ius ciuitatis prouinciale tantum competeret iis, qui ex eodem populo erant, ita omnes reliqui pro peregrinis habebantur. Nunc autem peregrinis non licuit, alterius prouinciae ciuem ob defectum ciuitatis tori sociam deligere. (§. XXVII. XXVIII. et XXIX.) Hinc rationem habemus in promptu, cur Saxo mulierem sueuicam coniugem accipere non potuit. Ad hoc accedit Saxonum odium in Sueuos, cuius originem GREGORIVS Turonensis libro V. capite II. deriuare cupit a raptu vel corruptione vxorum Saxonicarum, in absentia maritorum cum Longobardis in Italiam euntium, facta, NICOLAUS HIERONYMVS GVNDLING *digestorum* libro I. titulo V. p. 69. §. 3. Quocirca POETA SAXO apud GOTHOFREDVM GVILIELMVM LEIBNITIVM tomo I. *scriptorum rerum Brunsvicensium* p. 153. ita canit:

- - - *permissi legibus vti*  
*Saxones patriis et libertatis honore.*

De odio inueterato inter Sueuos et Saxones vide NICOLAVM SCHATEN in *historia Westphaliae* p. 319. et IUSTVM HENNINGVM BOEHMERVM in *iure ecclesiastico protestantium* libro IV. titulo IX. §. 18.

## §. XXXI.

Hinc leges germanicae libertatem ministerialium in ducendis vxoribus ex eodem fundamento admodum limitarunt, adeo, vt quilibet ad sui domini ministeriales eligendas fuerit adstrictus. Haud itaque liberum fuit vasallis brunsvicensibus, cum ministerialibus caesareis ius connubii exercere, donec imperatores amicitiae testandae gratia voluerunt, vt brunsvicenses in posterum connubiorum iure gauderent cum vasallis aliis. De quibus vberius et fusius disputauit dn. PRAESES in *observationibus iuris feudalis* obseruatione LXXXIV. p. 75. et obseruatione XXI. p. 29. seq. vbi chartae quaedam moguntinae et hanoicae huc vsque ineditae, hoc argumentum illustrantes, recensentur.

C 3

§. XXXII.



## §. XXXII.

Quod ministeriales non potuerint dominorum in ducendis vxoribus egredi iurisdictionem, patescit e WIGVLEII HVNDII *metropoli Salisburgensi* tomo II. p. 192. Interea ministerialibus imperii vulgaribus maiorem hac in parte competiuisse licentiam, iamiam animaduertit dn. PRAESES in *obseruationibus iuris feudalis* obseruatione LXXXIV. p. 76. Quae apprime firmat lex XVII. *Saxonum* apud GOTHOFREDVM GVILIELMVM LEIBNITIVM l. c. tomo I. p. 87. *lito regis vxorem emere potest, ubicunque voluerit.*

## §. XXXIII.

Similiter pleraequè Graeciae ciuitates, vt ciues cum ciuibus tantum contrahant matrimonia, voluerunt. Ius enim ciuitatis tanti in Graecia fuit, vt peregrinos eorumque progeniem eo donare, vt plurimum denegarent, dum legibus sancitum erat, ne quis ciuitate donaretur, nisi, qui meritis clarus existeret. Quam ob rem cuiuis permittebatur, peregrinum in ius vocare, qui ciuem Atheniensem sibi sociauerat, eoque conuicto, vna cum liberis, ex tali coniugio prognatis, in seruitutem detrudebatur, et bona, relicta accusatori tertia parte, fisco addicebantur. Eadem poena irrogata est ciuibus, qui mulieres peregrinas sub nomine filiarum viris Atheniensibus nuptui collocauerant, IO. POTTERVS in *archaeologia graeca* libro IV. capite XI. p. 598. seq.

## SCHOLION.

Curam Graecorum, ne peregrinus cum ciue et ciuis cum peregrina matrimonio iungerentur, docet exemplum populi Atheniensis, qui Aristonis neptem viro maturam, teste PLVTARCHO, ex insula Lemno euocauit, ne peregre nuberet, IO. PHILIPPVS PFEIFFER in *antiquitatibus graecis* libro IV. capite II. p. 601. seq. Sic etiam

SAMVEL

SAMVEL PETITVS in *commentario ad leges atticas* libro VI. titulo I. de *connubiis* addidit ipsa legum verba, quae huius sunt commatis: Γαμῆν ἀσπὴν μίαν. Ἐὰν δὲ τις ἐκδιδῶ ξένην γυναῖκα ἀνδρὶ ἀθηναίῳ, ὡς ἑαυτῷ προσήμασαν, ἀτιμος ἔστω, καὶ ἡ ἄσπία αὐτῆ δημοσία ἔστω, καὶ τῆ ἔλοντος τὸ τρίτον μέρος, γραφέσθω δὲ πρὸς τὰς θεσμοθέτας, οἷς ἔξῃσι καθάπερ τῆς ξενίας. Ἐὰν δὲ ξένος ἀσπὴ συνοικῆ τέχνη ἢ μηχανῆ ἢ τινὲν γραφέσθω πρὸς τὰς θεσμοθέτας ἀθηναίων ὁ βυλόμενος οἷς ἔξῃσιν. Ἐὰν δὲ ἀλλῷ πεπεράσθω καὶ αὐτὸς, καὶ ἡ ἄσπία αὐτῆ, καὶ τὸ τρίτον μέρος ἔστω τῆ ἔλοντος. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἔάν ἡ ξένη τῷ ἀσπῷ συνοικῆ κατὰ ταῦτα, καὶ ὁ συνοικῶν τῇ ξένῃ ἀκέρση ὀφείλετω χίλιας δραχμίας. i. e. *Unam uxorem legitimam, eamque ciuem ducito. Si quis peregrinam tanquam sibi proximam elocarit atheniensi ciui, ignominiosus esto, eiuque bona publicantur: triens accusatori cedito: Accusanto, queis fas est, apud Thesmothetas, quemadmodum peregrinitatis. Si quis peregrinus ciuem ducat, quocumque modo aut arte, accusato Atheniensium cuiumque libuerit et licuerit apud Thesmothetas: si conuictus fuerit, ipse venditor, et bona eius, eorum triens accusatori cedito. Siremps lex dicta esto peregrinae, quae ciui nupserit: et si quis posthac rem habeat cum ea, quae peregrinitatis damnata est, mille drachmis multator.*

## §. XXXIV.

Exactissimam quoque rationem et sanguinis, et ciuitatis, et gentis, et dignitatis habuisse Romanos in contrahendis matrimoniis, constat. Animus quidem mihi non est, pompam Romanorum nuptialem, cantus, scenica, fescennina verba, choreas aliosque ritus et solemnitates longa serie recensere, sed tantum declarare, quod non omnibus cum Romanis fuerit connubium.

## §. XXXV.

Eum in finem imperatores Valentinianus et Valens A. A. singulari rescripto ad Theodosium magistrum equitum in lege vnica codicis Theodosiani de *nuptiis gentilium* statuerunt: *Nulli prouincialium, cuiuscunque ordinis aut loci fuerit cum barbara sit uxore coniugium: nec ulli gentilium prouincialis femina copuletur. Quod si quae*



*quae inter prouinciales atque gentiles affinitates ex huiusmodi nuptiis extiterint, capitaliter expietur.*

## SCHOLION.

Eodem modo clara sunt verba VLPIANI fragmentorum titulo V. §. 4. *Connubium habent ciues romani cum ciuibus romanis, cum Latinis autem et peregrinis ita, si concessum.* Et SENECA libro IV. *de beneficiis c. 35. promisi tibi filiam in matrimonium, postea peregrinus apparuisti. Non est mihi cum extraneo connubium.* Hinc etiam CAIVS principio *Institutionum de matrimoniis*, et ex eo IVSTINIANVS principio *Institutionum de nuptiis*, iustas atque legitimas vocat nuptias, quas ciuis romanus cum romana contraxit ciue. Videatur COLLATIO LEGVM MOSAICARVM et ROMANARVM titulo IV. §. 5. et CAROLVS SIGONIVS *de antiquo iure populi romani* capite IX.

CAPVT IV.  
DE  
MATRIMONIO IMPARI.

## SVMMA CAPITIS IV.

- §. XXXVI. **R**ATIO connexionis et transitio ad argumentum de matrimonio impari.
- §. XXXVII. Disparagiorum in capitulo I. X. de sponfalibus mentionem fieri, verosimile est.
- §. XXXVIII. Definitio coniugiorum inaequalium.
- §. XXXIX. De poena eorum; qui contra leges germanicas coniugia imparia contrahunt.
- §. XL. Quid sub voce nobilis, verum nobilitas superior, an vero inferior intelligatur? disquiritur.
- §. XLI. Recensentur quatuor in Germania ordines, seruorum, libertorum, ingenuorum et nobilium.
- §. XLII. An connubium personae illu-  
stris cum nobili inferiore vel plebeia initum, sit aequale, nec ne? illustratur et simul agitur de nobilibus hodiernis, eorumque origine.
- §. XLIII. Allegatur praxis imperii in disparagiis.
- §. XLIV. In quantum iura peregrina, disponentibus legibus patriis, in decisione caussarum admittenda sint, et quid in Germania sit matrimonium legitimum? Quid ratum? explicatur.
- §. XLV. et XLVI. De exclusione liberorum ex disparagio natorum a successione et dignitate paterna.
- §. XLVII. XLVIII. et XLIX. Probatur, liberos ex matrimonio impari prognatos repelli a torneamentis, capitulis

- pitulis et ordinibus tam sacrae, quam secularis militiae.
- §. L. De odio Germanorum erga connubia inaequalia.
- §. LI. Num regia filia nubens duci, vel ducis filia nubens comiti, disparagium committat, nec ne? quaeritur.
- §. LII. Qu. utrum femina illustris cum nobili vel plebeio sponsalia et nuptias contrahens, aequale ineat coniugium, nec ne? resoluitur.
- §. LIII. Imperatores et reges uxorem ex superiori nobilitate ducentes, aequalia celebrant connubia.
- §. LIV. Quod secus est, si princeps vel comes duceret feminam inferioris nobilitatis, aut conditionis plebeiae.
- §. LV. Qui imparem sibi sociant coniugem, confugiunt ad codicillos caesareos.
- §. LVI. Illustratur per exempla.
- §. LVII. De odio Graecorum in disparagia,
- §. LVIII. Nec non Romanorum fastidio aduersus talia matrimonia.
- §. LIX. Matrimonia ad morganaticam augere videntur numerum disparagiorum.
- §. LX. Eorum definitio.
- §. LXI. Argumenta quorundam, qui matrimonia ad morganaticam pro iniquis venditant, adferuntur.
- §. LXII. Ad singula eorum respondetur.
- §. LXIII. De necessario consensu superioris, si nobilis cum plebeia matrimonium ad morganaticam celebrare velit.

## §. XXXVI.

**E**x haecenus dictis patet, Germanos, vi legum et consuetudinum suarum non tolerasse connubia cum exteris, (§. VI. VII. et XXVIII. seq.) sed cui libet genti licuisse, diuertere a coniuge alienae nationis, (§. VII. VIII. et XXIX.) quam in foedus tori contra leges patrias acceperat. Satis hoc indicat sententia patrum, in concilio Triburiensi congregatorum. (per antecedentia). Verum enim vero, hanc ob vnicam causam coniuges discessisse, non existimo, in primis, si contemplamur capituli nostri verba (§. XI.) et leges veterum Germanorum, (§. XXXIX. scholion I.) quae magnam irrogarunt poenam iis, qui immemores conditionis et status sui imparem tori sociam sibi elegerunt, (per antecedentia). Quare eiusmodi coniunctiones vxoris et mariti maioribus nostris res fuere, quam odio et fastidio maximo persequi solebant, utpote

D

qui

qui aequalia genti suae ac ordini desiderarunt coniu-  
gia. (§. XXVII.)

§. XXXVII.

Videtur in capitulo I. X. *de sponsalibus* (§. II.) ra-  
tio etiam subesse imparis matrimonii. Nam verba ca-  
pitis, quod dixi, mentionem faciunt de Franco, qui  
vxorem saxoniam nobilem coniugii vinculo sibi iun-  
xerat. Non exprimitur ibi conditio mariti, an nobi-  
lis, an vero ad numerum ignobilium sit referendus?  
Hinc verosimile fit, Francum fortasse vilioris extitisse  
conditionis, quam erat vxor. Quodsi enim eiusdem,  
ac mulier, fuisset status, sine omni dubio *nobilis* esset  
vocatus. De nihilo femina saxonica *nobilis* haud salu-  
tatur in nostro capite. Probabile ergo videtur, heic  
subesse exemplum matrimonii inaequalis, quod, testan-  
tibus legibus germanicis, non erat legitimum, sed effe-  
ctibus aequalis connubii ciuilibus destitutum. (§. XXXIX.  
scholion I.) Leges enim patriae voluerunt, vt nobi-  
lis nobilem, liber liberam, libertus libertam et seruus  
ancillam ducat vxorem, non autem, vt liber in nobilis,  
aut nobilis in liberae, libertae aut ancillae ruat amplexus.  
(§. XXVII.). Ergo Germani incredibilem de genere  
et nobilitate adhibuerunt curam, nec terminos propriae  
fortis in copulandis coniugiis egredi quenquam, per-  
miserunt, ADAMVS BREMENSIS in *historia ecclesia-  
stica* libro I. capite V.

SCHOLION.

Immo, si vel contradicenti largiremur, quod heic sermo esset in  
capite I. X. *de sponsalibus*, de marito ac vxore eiusdem status, hoc est  
vtroque nobili; attamen nec legitimum erat matrimonium Franci cum  
muliere gentis saxonicae (§. xxx. et scholion.)

§. XXXVIII.



## §. XXXVIII.

Valde igitur Germani prouiderunt, ne procerum nuptiae cum plebe inualescerent, indeque orirentur disparagia, *Mißheürathen*, Gallis *mesalliances*. (§. xxxvii.) Disparagia vero dicimus coniunctiones, ordinariis quidem ritibus ac cerimoniais, at cum personis imparibus contra leges contractas, adeoque effectibus coniugii aequalis ciuilibus destitutas. Id quod fiebat, quando nobilis ministerialem seu inferioris nobilitatis vxorem, (§. xxv. et XLII.) vel plebeiam, aut ministerialis plebeiae conditionis feminam duceret,

## §. XXXIX.

Magno cum rigore Teutones veteres puniebant disparagia, tanquam nuptias iniustas, et contra leges contractas, ita, vt liberi inde geniti, carerent nobilitate et successione feudali, nec vxores impares maritorum nanciscerentur dignitatem.

## SCHOLION I.

Exempla quarundam legum patriarum valde illustrabunt odium et contentum Germanorum in matrimonia imparia. Optime leges WISIGOTHORVM in lege III. et IV. et LEX SALICA titulo XXII. ea de re disposuerunt, statuentes poenam flagellorum et seruitutis in contentores. Euolue, si placet FRIDERICI LINDENBROGII *codicem legum antiquarum variarum Germaniae gentium* p. 372. Quibus iungas leges SAXONVM rigidas, quas commemorat ADAMVS BREMENSIS in *historia ecclesiastica* libro I. capite V. Adde pariter leges LONGOBARDORVM titulo LXXXVIII. quae leges omnes poenam capitalem dictarunt iis, qui ad inaequalia proruebant matrimonia. Nec CAPITULARIA REGVM FRANCORVM coniugia imparia permiserunt, sed pluribus in locis poenam seruitutis definierunt, vide *capitularia regum Francorum* curante STEPHANO BALVZIO tomo I. p. 329. Conferatur quoque IO. GEORGIUS CRAMER *de iuribus et praerogatiuis nobilitatis auitae* capite III. §. I. p. 116. nota o. Idem etiam in Dania aliisque mari Balthico adiacentibus regionibus magna feueritate obser-



uatum legimus, praesertim, si quis ignobilis corruperit virginem nobilem, qui capitis multatus est. IO. CHRISTOPH. CLEFFEL in *antiquitatibus Germanorum potissimum septentrionalium* capite I.

## SCHOLION II.

SUCCESSU temporis prisca illa seueritas quidem deferbuit, perdurauit tamen inueteratum in nobilitate ab omni inaequalitate conseruanda studium, eosque solos vere nobiles, atque honoribus dignos exultimantur Germani, qui plena et incontaminata gaudebant nobilitate. Ita Gerriha filia Alsi, quum regiam stirpem in se sola superstitem animaduerteter, neminemque, cui nuberet, nobilitate parem haberet, nuncupatis votis, voluntariam sibi indixit castimoniam, connubituque carere, quam imparem maritum adsciscere, maluit. Eandem ob causam Hermuntruda Amletho exprobrat, quod coniux seruis parentibus nata sit, addens, in deligendis coniugibus non formae fulgorem, sed genus metiendum esse, prout IO. CHRISTOPH. CLEFFEL in *antiquitatibus Germanorum potissimum septentrionalium* capite I. monstrauit.

## §. XL.

Priusquam vero praxin imperii per exempla corroboremus, officii nostri erit, vt explicemus, vtrum sub voce *nobilis*, in capitulo nostro occurrente, intelligatur nobilis superior, an vero inferior? Vt priorem amplectamur sententiam, ratio suadet; dum seculo IX., quo concilium Triburiense fuit habitum, adhuc ignotum erat discrimen nobilitatis superioris et inferioris. (§. xxv.)

## §. XLI.

Confirmant, quae huc vsque dixi, leges FRISIO-  
NVM, SAXONVM, RIPVARIORVM, BVRGVNDIO-  
NVM, ALEMANNORVM et LEX SALICA apud FRI-  
DERICVM LINDENBROGIUM in *codice legum anti-  
quarum variarum Germaniae gentium* p. 372. sq. docentque,  
quadruplicem personarum ordinem inter se non fuisse  
confusum, (§. XIII. scholion I.) sed proceres et primo-  
res Germaniae (§. xxiii.) semper accurate distinctos  
fuisse



fuisse ab equitibus seu ministerialibus, libertis et seruis, (§. xv. seq.) etiamsi successu temporis homines militares sibi sumissent nobilitatem. (§. xxv.)

## §. XLII.

Certum etiam est, quod nobiles inferiores fuerint veteres isti milites seu ministeriales, (§. xxv.). Ad militiam autem Germanorum antiquam ingenuos tantum fuisse admissos, constat. (§. xvii.) Quae, quum ita sint, recte se habet conclusio, qua statuitur, quod conubium nobilis superioris cum persona inferioris nobilitatis idem sit, ac si dynasta cum ministeriali matrimonium contraxisset (per antecedentia). Iam vero leges Germanorum prohibuerunt, ne quis in contrahendis nuptiis ad conditionem viliorum personarum prouolaret. (§. xxvii. et xxxix.) Nobilitatis ergo atque generis maximam curam habendam esse, statuerunt Germani. Hinc nobilis superior aperte ageret contra mentem legum patriarum, si feminam nobilitatis inferioris, seu, quod idem esset, ministerialem, consortem thalami sibi sumeret. Quum igitur nobiles superiores ab inferioribus discrepant, minimeque aequales vocari possunt; (§. xli.) inde necessario fuit, quod personae sibi inuicem inaequales, etiam inaequale celebrent conubium. Personae autem illustres non eiusdem sunt gradus cum nobilitatis inferioris personis, adeoque impares. (§. xxv.) Hinc sequitur, vt nuptiae illustrium cum nobilitatis inferioris persona sint quoque impares, adeoque destituantur effectibus matrimonii aequalis. (§. xxxix. xlv. xlvi. seq.)

## SCHOLION.

Quae, vt rite intelligantur, opus est resolutione quaestionis: num nobiles hodierni classis nobilium veterum, an vero ordini ingenuorum



seu ministerialium veterum sint adnumerandi? Prius defendere conatus est IO. STEPHANVS BVRGEMEISTER *im Graven- und Ritter-Saal parte II. sectione XV.* Verum contrarium perillustris Vir SIGISMVNDVS EHRENFRIED AB OPPEL in *eleganti dissertatione de iurisdictione patrimoniali* et cum eo dn. PRAESES in *commentariis de ministerialibus* capite V. §. 252 p. 326. ac NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLING in *dissertatione, an venter nobilitet?* et in *Henrico Aucupe* §. 31. satis abunde docuerunt.

## §. XLIII.

De doctrinae nostrae praxi in imperio germanico testimonium perhibet luculentum IVSTVS HENNING BOEHMER. Wilhelmus comes Oettingensis filium secundogenitum Wolfgangum ideo ab omni successione, data ipsi tantum legitima portione, exclusit, quod virginem inferioris nobilitatis, Ioannam de Molle duxisset in matrimonium, adeo, ut Wolfgangus, postquam cum patre in gratiam rediisset, necessum habuerit, solemni ritu successioni in bona auita renunciare. Leges patriae, quibus disparagia admodum fuerunt exosa, (§. xxxix. scholion I.) mouerunt patrem, ne nulum pro coniuge filii sui secundogeniti aequali agnosceret.

## §. XLIV.

Ex dictis patet, leges germanicas in praxi imperii minime antiquatas, sed ex iis hodiernum decidendas esse controuersias, de disparagiis motas. Tamdiu ergo fileant iura peregrina, quamdiu adsunt iura propria! Quum igitur leges Germanorum satis abunde agant de matrimoniis imparibus, (§. xxxix. scholion I.) aequum sane et rationi consentaneum videtur, illas in decidendis controuersis de matrimoniis inaequalibus praefereudas esse iuribus peregrinis, qualia sunt leges romanae, in subsidium saltem receptae. Nec ius canonicum aboleuit veteres Germanorum leges. Aliud enim est:

an

an rata sint eiusmodi matrimonia imparia; aliud iterum, num fuerint legitima? Et quamuis in foro ecclesiastico disparagia habita fuerint rata, hoc est, indissolubilia, (§. II. et VIII.) efficere tamen non potuit iuris canonici auctoritas, vt gauderent effectibus coniugii aequalis. Nam Germanis legitimum matrimonium erat, quod quis cum persona sui status contrahebat. (§. XXVII.)

## §. XLV.

Germaniae mores non ferunt, vt liberi, ex matrimonio impari nati, coruscant radiis nobilitatis paternae, sed volunt, vt partus sequatur conditionem deteriore. (§. XXXIX.) IVSTVS HENNING BOEHMER libro IV. *iuris ecclesiastici protestantium* titulo IX. §. 19.

## SCHOLION.

Id quod dixi, confirmat proverbium *iuris feudalis alemannici* capite CIL. §. i. *das Kind gehöret zur ärgern Hand.* Egregie IVS PROVINCIALE SAXONICVM libro III. articulo LXXIII. statuit: *Das ehelich und freygebohrne Kind, behalt seines Vaters Heerschild, und nimmt auch sein Erbe, und der Mutter also woll, ob es ebenbürtig ist, oder bass gebohren.* Sic Ioanni Ottoni ab Isenburg controuersia status mota, quod matre plebeia natus esset, eique rescriptum imperatoris Rudolphi II. anno 1609., ne comitis titulo vteretur, interdicebat. Rescriptum imperatorium refert IO. CHRISTOPHORVS AB VFFENBACH *de consilio caesareo imperii aulico* capite X. sectione I. p. 84. *Rudolff Cc. Aus dem Bey-schluss hast du zu ersehen, was bey uns die Wetterauische correspondenz-Graven, wider dich des angemasten Graven-Tituls in Vnterthänigkeit geklaget und gebethen. Wann dann dergleichen dich zu unterfangen keinesweges gebühret; so befehlen wir dir hiemit ernstlich bey Vermeidung unserer Vngnade und Straffe, dass du dich binführo des Graven-Tituls enthaltest. Gegeben zu Prag den 9. Nouembr. 1609.* Vt iam non dicam de alio exemplo, quod enarrat LAMBERTVS Schafnaburgensis ad annum MLVII. his verbis: *Accessit ex insperato magnum turbandis rebus adiumentum; Ottho frater Guilielmi Marchionis, sed matrimonio impari, matre scilicet Slavica natus, vir acer ingenio et manu impiger. Is apud gentem Bohemorum iam a puero exulauerat.* Conf. MELCHIOR GOLDASTVS tomo I. *constitutionum* §. 4. nec non IO. PETRVS DE LVDEWIG tomo II. *ad auream bullam* p. 1385. et vol. II. *consil. Halens.* p. 971. seqq.

## §. XLVI.

## §. XLVI.

Dein liberi, ex matrimonio impari procreati, incapaces fuerunt successionis feudalis. (§. XLIII.) IO. NICOLAUS HERT *de specialibus rom. germ. imperii rebus publicis* sectione II. §. 5. p. 104. Iisdem principiis innititur sententia senatus imperii aulici anno 1723. lata in caussa ducis Württembergici contra comitem de Sponeck et barones l'Esperance, apud IVSTVM HENNING. BOEHMER. capite II. *de secundis illustrium personarum nuptiis* §. 18. p. 121. et in *merckwürdigen Reichs-Hofraths-conclusis* tomo VII. p. 996. vbi declaratur, quod matrimonia inaequalia contrariantur *den kundbaren teutschen rechten und observanz.*

## SCHOLION.

Eodem modo caput XX. *des Sächsischen Lehnrechts* notandum venit: *Wo aber ein Sohn seinem Vater nicht ebenbürtig ist, so mögen des Vaters Lehenmann zu Recht wohl wegern, von dem Sohne ein Guth zu empfaben, und auch, sogleich ein solcher Sohn lebete nach seines Vaters Tode, er kan doch denen, die an des Vaters Guth Gedinge haben, nicht nehmen.* IVSTVS HENNING BOEHMER in *dissertatione de secundis illustrium personarum nuptiis* capite II. §. 14. et B. BYCARD. GOTTHELF STRV in *corpore iuris publici* capite XXXI. §. 35. seq. p. 1189.

## §. XLVII.

Porro liberi, ex disparagiis prognati, ad torneamenta non sunt admissi, quia Germani ad ludos equestres personas, ex aequali matrimonio natas, semper desiderarunt, GEORGIUS SCHVBART *de ludis equestribus* capite VI. §. 5.

## SCHOLION.

Quae de torneamentis dixi, firmat IVS PROVINCIALE SAXONICVM libro I. articulo LI.: *Welch Mann von seinen vier Ahnen, das ist, von zweyen Eltervätern und zwey Eltermüttern und von Vater und Mutter, die unbescholden sind, unbescholden an seinem Rechte ist, dem mag niemand*

mand beschelten an seiner geburth: welch schöppenbar frey mann einer seiner genossen zu kampf anspricht, der muß beweisen, wer seine vier ahnen sind, und sein handmahl, das ist, seine ordentliche gerichts-stett und die benamen, oder iener weget ihm wohl kampf mit recht, addatur 10. LIMNAEVS tomo II. iuris publici libro VI. capite V. n. 62. seq.

## §. XLVIII.

Praeterea in plurimis capitulis membra ex utroque parente legitimo et nobili requiruntur, id quod cognoscimus ex privilegio SIXTI V. pontificis maximi, quod ecclesiis cathedralibus Misnensi et Numburgensi largitus est, cuius summa haec est: *statuimus et ordinamus, quod deinceps nullus in ecclesiis praedictis seu illarum aliqua in canonicum recipiatur, nisi nobilis de militari genere ex utroque parente et de legitimo matrimonio procreatus.* IO. GEORGIUS CRAMER *de iuribus et praerogationis nobilitatis auitae* capite IV. §. 3. pag. 212. nota 1.

## SCHOLIUM.

Equidem Franciscus Wilhelmus de Wartemberg ad cardinalis dignitatem et honorem episcopatus Ratisbonensis peruenit, tamen ex matrimonio impari, patre videlicet Ferdinando Bauariae duce et matre, Maria Petri Pecken filia anno 1593. fuisset natus. Immo anno 1617. inter canonicos Ratisbonenses, anno 1618. inter Frisingenses relatus, ac 1625. electus fuit episcopus Osnabrugensis teste dn. IO. DAVID. KOELERO parte XI. *der münz-belustigung* p. 26. seq. At vero, quod is, qui natus ex dispari matrimonio postulari queat ad episcopi munus, et cardinalis honorem nancisci, de eo nullum adparet dubium. Veruntamen de canonici loco, in capitulo obtinendo res est altioris indaginis. Interim capitula distinguere solent inter matrimonia inaequalia, et inter matrimonia ad morganaticam. (§. LIX.) Qui nati sunt ex his, eos admittunt; non vero prognatos e coniugio impari. Quare factum, ut Friderici victoriosi, palatini, filius Fridericus ecclesiarum Wormatiensis et Spirensis esset canonicus, teste DANIELE PAREO in *historia palatina* p. 240. Immo, si mater sit nobilis, tunc quidem a successione in feudo regali excluduntur, attamen ad beneficia ecclesiastica admittuntur: Sic Andreas Ferdinandi, archiducis, ac Philippinae Welferae filius a successione in territoria aultriaca legitur exclusus, licet ad episcopatum Constantiensem electus et in cardinalium numerum

E

fuerit



fuerit receptus, teste IO. WILHELMO IMHOF in *notitia procerum imperii* libro III. capite IX. §. 6. Confer etiam, quae commentatur dn. IO. PETRVS DE LVDEWIG in *differentiis iuris romani et germanici in dignitate uxoris* p. 18.

## §. XLIX.

Idem strenue obseruarunt equestres sacrae militiae ordines, ita, vt nemo horum ordinem intrare potuerit, nisi, qui aperte demonstrabat, se ex utroque parente nobili et connubio legitimo esse genitum.

## SCHOLION.

Si inspiciamus statuta ordinis Teutonici, ibi fancitum deprehendimus: *der in den orden zu kommen begehret, soll von alten adelichen rittermässigen stammen ehelich geböhren seyn, und acht abnen von dem vater und achte von der mutter probiren.*

## §. L.

Ex dictis ergo certum est, quod connubia imparia, siue illa contrahantur a personis illustribus cum nobilibus (§. XLII.) vel plebeis, (§. XLV. scholion.) siue a nobilibus cum plebeis et infimae sortis hominibus, in Germania odio fuerint omnibus (per paragraphos antecedentes). SIMON FRIDERICVS HAHN in *der vollständigen einleitung zu der teutschen staats-reichs- und kaysér-historie* parte III. capite II. §. 13. p. 109.

## §. LI.

Sed quid dicendum, si regis filia, nubens duci, et ducis filia nubens comiti, an eo ipso contrahat matrimonium inaequale? Id quod plane negandum esse, vident omnes. Nam inter personas, de quibus dixi, nulla adest ordinis seu status diuersitas, (§. XXIII.) sed has nobilitati superiori adnumerari, de eo nemo dubitat (per antecedentia). Accedit, quod reges ex nobilitate sumti

sumti fuerint. (§. XXI.) Qui itaque eiusdem sunt ordinis et originis, merito habentur aequales; matrimonium autem aequalis cum aequali secundum leges et consuetudines Germanorum est permiffum. Quapropter regis filia, nubens duci, et ducis filia, nubens comiti, aequale inquit matrimonium.

## SCHOLIION.

Haud raro tales nuptias in imperio nostro occurrere, quotidiana docet experientia. Saltim hoc notamus, filias regum, nubentes principibus, et horum filias, nubentes comitibus, titulum, quem a natiuitate habent, ad dies vitae retinere.

## §. LII.

Num vero filia illustris nobili se iungens, connubium aequale, vel inaequale contrahat? admodum, licet sine ratione, disceptatur. Posteriolem sententiam verissimam, priorem contra falsissimam esse, ex eo probamus. Personae illustres referuntur ad nobilitatem superiorem et nobiles ad inferiorem. (§. XXV.) Iam vero in confesso est, illam origine et gradu differre ab inferiore (§. XXVI. XLI. et XLII.). Vbi adest diuersitas gradus, ibi adparet inaequalitas. Quum igitur nobiles superiores et inferiores laborent diuersitate gradus et originis, (per antecedentia) sequitur, vt illustris femina nobili se iungens, disparagium committat, vnde nec amplius gaudet dignitate et titulo personae illustris, sed accipit titulum mariti, et liberi inde prognati sequuntur conditionem deteriolem. (§. XLV. scholion.)

## §. LIII.

Porro saepius accidit, ipsos imperatores et reges ex ordine principum vel comitum tori coniugalis socias sibi elegisse, testantibus tabulis stemmatum illustrium



personarum genealogicis. Quaestio inde oritur, an hoc casu matrimonium impar committatur, nec ne? Negamus hanc quaestionem, ex hac ratione, quia inter personas illustres, de quibus loquimur, nulla adest diuersitas originis, sed omnes ex nobilitate superiore ortum habent. Vbi nulla adest diuersitas, ibi nec inuenimus inaequalitatem. (§. LII.) Hinc non opus est collatione maioris dignitatis, sed femina principis aut comitis nubens imperatori vel regi, statim audit imperatrix et regina. (§. LI.) Taceo praeclara exempla, quae non in frequentia esse, scimus, teste dn. IO. ADAMO KOPP *de insigni differentia inter S. R. I. comites et nobiles immediatos* sectione III. §. 6.

#### §. LIV.

Vtrum connubium principis vel comitis cum femina inferioris nobilitatis celebratum, ad aequalia coniugia sit referendum? iamiam declarauimus (§. XLII.). Interim GEORGIUS MELCHIOR DE LVDOLF *de iure feminarum illustrium* parte I. §. II. p. 21. seq. copiosum indicem horum matrimoniorum texuit.

#### SCHOLION.

Tale connubium erat Ernesti Marchionis Badensis cum Vrsula de Rosenfels et altera vice cum Anna de Hohenheim: Ottonis, ducis Brunswicensis et Luneburgici cum Mechtilde de Campen: Alexandri Henrici, ducis Holsatiae Sunderburgici cum filia ministri ecclesiae M. Heshusia, et quae sunt alia, quae beneuolus lector l. c. inueniet.

#### §. LV.

An vero persona illustris, quae nobilem vel plebeiam feminam duxit vxorem, per diploma caesareum, quo vxor inaequalis auctoritate imperatoris ad gradum nobi-



nobilitatis superioris euehitur, effectus matrimonii aequalis adipisci queat? valde disceptari videas.

## SCHOLION.

Notatu dignus exstat codicillus caesareus Rudolphi I. imperatoris, qui in castris ad Znoymam, coniugi Henrici illustris marchionis Misniae Elifabethae Maltitiae ex ordine ministerialium natae, maiorem concessit dignitatem et liberos ex hoc coniugio procreatos ab omni ministerialis conditionis respectu exemit. Nec sicco pede praetereundum esse, censeo, exemplum Adelheidis ex Münzenbergicorum stirpe, Reinhardo domino de Hanau nuptae, de qua rumor falsus diuulgabatur, eam ex ministerialium genere editam esse. Quum haec fama ad aures Reinhardi perueniret, testimonii publici ergo, ne status quaestio liberis in posterum moueretur, adit Rudolphum imperatorem, et ab eo diploma caesareum petit, quod recenset dn. PRAESES in *commentariis de ministerialibus* capite II. §. 113. p. 158. adde IVSTVM HENNING. BOEHMER. in *iure ecclesiastico protestantium* libro IV. titulo IX. §. 20. B. BVRE. GOTTHELF STRVV in *corpore iuris publici* capite XXXI. §. 34.

## §. LVI.

Nec desunt exempla recentiora, quibus docemur, quod imperatores vxoribus inaequalis cum marito dignitatis aequalem statum largiri soleant. Ita Saxoniae dux in Weissenfelsa, Ioannes Adolphus Christianam Wilhelminam de Bünau principum ordini adscribi curauit. Idem factum legimus de Georgii Wilhelmi ducis Brunsvicensis vxore Eleonora Desmiers, et de Leopoldi principis Dessauiensis coniuge Anna Ludouica Foesen. Comitibus dignitatem caesar tribuit vxori Emanuelis Lebrechti principis Anhaltini Cöthenensis, Giselae Agnetae Rathen, item Iacobinae de Wede, coniugi Lebrechti, principis Anhaltini, et Elifabethae de Krosigk, vxori principis Georgii Ariberti, (cuius liberi tamen successionis incapaces declarati) dein Wilhelminae Charlottae Nüsleriae, vxori Caroli Friderici, principis Anhaltini, et Christianae Eleono-



rae de Zeutfch, coniugi Ludouici, principis Anhaltini. Videantur GEORGIUS MELCHIOR DE LVDOLF de iure feminarum illustrium parte I. §. II. et B. BVRCARDVS GOTTHELF STRVY in corpore iuris publici capite XXXI. §. 30.

## §. LVII.

Iam vero dispiciamus, quid iureconsultos Germaniae ita in transuersum egerit, vt quid hac de re statuerent, fere nescirent, quum iuris ciuilibus auctoritate decepti, summa imis miscuerint. Antequam vero decreta iuris romani audiamus, satius erit, graecorum placita referre. Si ciuis atheniensis vxorem non ciuem duceret, liberi non habebantur legitimi. SAM. PETITVS in commentario de legibus atticis libro II. titulo IV. p. 138. ipsa legum refert verba: νόθος είναι τὸν μὴ ἐξ ἀσῆς γεγονότα; qui matre ciue natus non erit, nothus esto. IO. POTTERVS in archaeologia graeca libro IV. capite XI. p. 598.

## §. LVIII.

Praeterea Romani non sanguinis solum, sed et ciuitatis, gentis, dignitatis et ordinis exactissimam habere curam, id quod APVLEIYS libro VI. testatur: in nupta ego, scribit, frustra filium dicam: impares enim nuptiae, et praeterea in villa, sine testibus et patre non consentiente factae, legitimae non possunt videri, ac per hoc spurius iste nascetur. Nec silentio praeterire fas est, singularem decemuirorum sanctionem, huius commatis: *Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀππιὸν τῆς λαιπῆς συγγράψαντες νόμους ἐν δέλτοις δυοῖν, καὶ ταύτας ταῖς πρότερον ἐξενεχθείσαι προσέθηκαν ἐν αἷς καὶ ὅδε ὁ νόμος ἦν, μὴ ἐξεῖναι τοῖς πατρικίοις πρὸς τῆς δημοτικῆς ἐπιγαμίας συνάψαι, δι' ἃδὲν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἕτερον, ἢ τὸ μὴ συνελθεῖν εἰς ὁμόναια τὰ ἔθνη γάμων ἐπαλλαγαῖς*

γὰρ καὶ δικαιοτήτων κοινῶν συγκεραθέντα. i. e. Sed Appius cum collegis suis, legibus quae deerant, in duas tabulas scriptis, addidit eas decem prioribus: inter quas et haec lex erat, ne patritiis cum plebeiis licita essent connubia: non ob aliam, ut ego interpretor, causam, quam ne per mutua familiarum connubia atque affinitates coalesceret inter ordines concordia. DIONYSIUS HALICARNASSEVS libro X. antiquitatum romanarum p. m. 684. Eodem modo existat constitutio in CODICE THEODOSIANO et quidem in lege III. de nuptiis, ubi pares honestate personae ad nuptias celebrandas requiruntur.

## SCHOLIION.

Vt patricii in perpetuum diuellerentur a plebe, vti sunt aliqua specie in promulgatione LEGVM XII. TABVLARVM, ac si reipublicae interesset, ne confundantur familiae, vt, qui natus sit, ignoret, cuius sanguinis et quorum sacrorum sit, TITVS LIVIVS libro IV. *historiarum* capite II. Verum hanc legem quinto post anno contraria rogatione C. Canuleii tribuni plebis fuisse abrogatam, constat ex TITO LIVIO *historiarum* libro IV. capite I. et VI. ex quo tempore promiscua esse coeperunt patriciorum et plebeiorum connubia, in eo solum restricta, vt senatores eorumque descendentes a libertinarum consuetudine abstinerent, ne senatoria dignitas coniunctione eiusmodi personarum euilescat, ac in totius ordinis vergat ignominiam, lex XVI. pr. XXII. XXVII. XXXIV. §. vlt. XLII. §. I. XIII. §. X. XLIV. XLVII. et XLIX. de ritu nuptiarum et lex III. Cod. eodem, GERARDVS NOODT in *commentario ad titulum pandectarum de ritu nuptiarum* et BARNABAS BRISSONIVS de iure connubiorum p. 190. seq. Verum Iustinianus ex amore erga mulierem scenicam et embolariam, Theodoram, ductus, contraria in Nouella LI. LXX. capite III. et LXXXIX. capite vltimo constituit.

## §. LIX.

Numerum connubiorum imparium certo respectu augere videtur matrimonium ad morganicam. Et enim hoc est coniunctio viri et mulieris secundum praeccepta ecclesiae, hac tamen lege contracta, ne dignitate parentis, nec successione in huius bona gaudeant liberi.



liberi. Eiusmodi coniugium plerumque cum persona inferioris ordinis et conditionis contrahi solet, ea lege, ut neque vxor consequatur dignitatem mariti, neque liberi fruantur titulis, insignibus et successione patris, sed, portione per pactum determinata, contenti viuant. Hoc, si persona nobilitatis superioris cum eiusdem status femina contrahit, ex praescripto legum germanicarum legitimum et ratum est. Sin vero maritus sit ex superiore nobilitate ortus, et vxor ex inferiore nobilitate prognata, tunc stricto iure id pro legitimo haberi nequit, licet ratum sit, et ex benigna interpretatione, liberi inde nati ad capitula, torneamenta, et ordines militares admitti soleant. Sin denique princeps tori sociam ex lege morganatica sibi quaerit plebeiam; tum sane illegitimum putem eiusmodi matrimonium.

## SCHOLION I.

Ad morganaticam contractum ideo dictum fuit tale matrimonium, quia morgengaba initio contenta debuit esse vxor, nec dotalitio gaudebat, nec, solemnibus nuptiis celebratis, ducebatur. Dicitur alias etiam morganicum, quod vxor contenta esse debeat eo, quo mane nuptiarum eam donauit maritus, teste IO. GEORGIO WACHTERO in *glossario* p. 1091. Idiomate nostro vocatur *die vermählung zur lincken hand*, et ob porrectionem sinistrae manus tanquam signi huius coniunctionis, ita adpellari, doctores vulgo sibi persuadent. Illius opinionis fundamentum esse putant textum IVRIS FEVDALIS LONGOBARDICI II. *feudorum* XXIX. Variis vtuntur deriuationibus ut plurimum ineptis interpretes. Alii matrimonium ad morganaticam a *morgennath*; alii a *morgincap*; alii a *morgensprach*; alii a *morgengab* seu dono maritino deducere, conantur. PETRVS MARCELLVS RICCIVS in tractatione *de matrimonio ad morganaticam donationem contracto* §. 1. seq.

## SCHOLION II.

Obseruandum tamen erit, ne cuncta matrimonia imparia vel ad morganaticam inita pro talibus habeas. Siquidem certum est, quod concubinatus indiuiduus seu perpetuus ante seculum christianum XVI. inter Germanos permixtus erat. Et quamdiu benedictio sacerdotalis ad formam matrimonii non requirebatur, tamdiu indiuidua vitae societas inter virum feminamque merus erat concubinatus, teste

AVGV.

AVGVST. LEYSERO specimine IO LXXXV. *meditatione ad D. VIII.* p. 203. vol. IX. Forſan baſtardi fuerunt vocati liberi ex tali concubitu nati, et oppoſiti ſunt bancardis. Namque illi dicebantur, quorum pater in aprico erat, et tam patris, quam matris poterat interdum heres eſſe, in primis apud Gothos Francosque hoc naſcendi vitio laborantes ad ſucceſſionem aliquando admiſſos eſſe, conſtat, vide IO. GEORGIVM WACHTERVVM p. 128. *gloſſarii*. Liberos autem ex impari matrimonio natos *kebskinder* dictos eſſe opinatur DIETERICVS VON STADE in *der erluterung der vornehmſten teutſchen worter* p. 339. Spurius autem *wanburzig* adpellabatur, prout liquet e diplomate apud NICOLAVM SCHATEN parte I. *annalium Paderbornenſium* p. 477. adde SIMON. FRIDERICVM HAHN in *obſeruatis iuris publici* p. 13.

## §. LX.

Quibus praemiſſis, audiamus communem de matrimonio ad morganaticam ſententiam, quam tradit GABRIEL SCHWEDER in *differatione de matrimonio ad morganaticam* poſitione I. p. 4. et qui eum ſequuntur IVSTVS HENNING BOEHMER in *differatione de ſecundis illuſtrium perſonarum nuptiis* capite II. §. 37. aliique, cuius ſumma haec eſt: Matrimonium ad morganaticam eſt viri illuſtris feminaeque inferioris conditionis legitima, et indiuiduam vitae conſuetudinem continens coniunctio, ea lege, eoque pacto in fauorem liberorum prioris matrimonii vel agnatorum contracta, vt femina liberique ex ipſa naſcitur dignitatis mariti ac patris, contra iuris communis regulam, haud ſint participes, nec iure ſuccedendi in omnia defuncti poſt mortem relicta bona gaudeant, ſed certo titulo, certisque per pactum ipſis assignatis bonis, contenti viuant.

## §. LXI.

Non deſunt, qui matrimonium ad morganaticam ſeu ad legem ſalicam contractum tanquam iuri naturali et legibus ciuilibus contrarium, ſequentibus im-

F pugnant



pugnant argumentis. I. Vxorem nubendo mariti dignitatem fortiri secundum legem VIII. D. *de senatoribus*, legem XIII. Cod. *de dignitatibus* et Nouellam XXII. capite XXXVI. II. Ius canonicum viri illustri matrimonium cum qualibet femina inferioris conditionis, modo infamiae nota non laboret, pro legitimo declarare per capitulum II. X. *de coniugio seruorum*, nec ius ciuile nouissimum disparitatem coniugum amplius agnoscere, testante Nouella LXXVIII. capite III. III. Ipsam vxorem plebeiam post mortem mariti illustri uti iuribus ac priuilegiis viduarum illustrium. IV. Viros graues matrimonia ad morganicam seu ad morgengabicam reicere, aliaque, quae AVCTOR *des unmasgeblichen gutachtens über die eben nach morgantischen recht* apud IO. CHRISTIANVM LÜNIG in *den staats-consiliis* tomo I. p. 1558. et NICOLAUS MYLER AB EHRENBACH in *gamologia* capite IX. seq. adducunt.

§. LXII.

Verum enim vero, vt ad singula respondeamus, primum dissentientium argumentum considerandum venit. Lubenter concedimus, ita disposuisse leges iuris ciuilis, sed Germanos, reiectis legibus et consuetudinibus patriis, ad obseruantiam iuris romani esse obligatos, longa alia erit quaestio. Nemo, nisi qui in historia iuris hospes, adfirmabit, ius ciuile romanum, abrogatis legibus patriis, publice vel per expressam constitutionem esse receptum. Contrarium multo magis, nimirum receptionem subsidiariam statuendum erit, quia ius romanum non aliter valet, nisi iura statuta, prouincialia et vniuersalia germaniae plane nihil disponunt. (§. XLIV.) Ad secundum. Nemo negabit,

gabit, ius canonicum etiam referri ad iura peregrina, quae in praeiudicium legum et consuetudinum patriarum nihil statuere queunt. (per antecedentia). Iam vero hae volunt, ne quis propriae fortis transgrediatur terminos, (§. XXVII.) sed sibi iungat personam sui ordinis et conditionis, modo non inire velit matrimonium impar. Hinc patet, matrimonium ad morganaticam quidem esse verum coniugium, sed non gaudere omnibus effectibus legitimi connubii, dum per pacta adiecta admodum limitatur, et tam liberis, quam vxoribus certa adsignatur dignitas et bonorum portio. (§. LX.) Tertium dissentientium argumentum ex iure romano est desumptum, quod ob pacta, et consuetudines patrias obstantes heic non potest applicari (§. XLIV.). Vltimum contrarium momentum refutatione vix dignum, et, hanc ob causam, vnicam tantum mouere licebit quaestionem: an doctorum sententiae et opiniones plus valeant, quam inueteratae et vsu probatae consuetudines? Ego pro vltimis semper pronunciandum esse, puto, ex hac ratione, quia vsu probatae consuetudines vim legis accipiunt. Hinc matrimonium ad morganaticam magis iuri naturali conueniens est, quam, quod contra illud pugnet, per illud enim splendor familiae illustris conseruatur, nec prouinciae in plures scinduntur partes. Quamobrem nec desunt exempla recensioe dignissima, quae nostram confirmant thesin. PETRVS MARCELLVS RICCIVS in tractatione *de matrimonio ad morganaticam donationem contracto* §. 14.

## SCHOLIION.

Longa est series matrimoniorum, quae ad morganaticam contracta esse credit IO. FRIDERICVS PFEFFINGER in *Vitriario illustrato* libro III. titulo XVII. §. 100. nota d. p. 1306. seq. Eo nimirum referunt matrimonium Alberti degeneris marchionis Misnensis cum Cunigunda



de Eifenberg; Friderici victoriosi, palatini, cum Clara a Tettingen; Philippi, Hassiae landgrauii, cum Margaretha de Sala; Ottonis ducis brunsvicensis cum Metta de Campen; Ferdinandi archiducis, cum Philippina Welferia; Ferdinandi, Bauariae ducis, cum Peckenia; Eduardi Fortunati, marchionis Badensis, cum Maria de Eicken; Ioannis Christiani, ducis Briegenfis cum Anna Hedwige Sitsch; Georgii Ariberti, Anhaltini, cum Ioanna Elifabetha de Krofigk; Caroli Ludouici, electoris Palatini, cum Louisa de Degenfeld; Ioannis Ludouici, Anhaltini, cum Christiana Eleonora de Zeutsch; Emanuelis Lebrechti, Anhaltini, cum Gifela Agnesa Rathen; Georgii Alberti, Culmbacensis, cum Regina Magdalena Lutzica, vt alia taceam, quae pro talibus habet PFEFFINGER l. c. p. 1309. Qui tamen nullum discrimen statuere videtur inter matrimonium impar et ad morganaticam contractum.

## §. LXIII.

At non solum personae illustres contrahunt matrimonia ad morganaticam, sed et nobiles, adhibita principis vel superioris speciali adprobatione, cum plebeis talia celebrare posse, CASPAR ACHATIVS BECK in *dissertatione de iure principis circa connubia ministrorum et vasallorum* §. 33. docuit.

## SCHOLION.

Edictum regis Porussiae in *der renovirten constitution von verlobnissen und ehe-sachen* §. 13. allata illustrat: *Nachdem auch zwischen adel und bürgerstandes personen die verlobung zuweilen lege salica, oder sub pacto morganatico abgehandelt wird, so soll dasselbe hinfübro anderer gestalt, denn mit unsern darob gesuchten und erhaltenen consens nicht verstatet und zugelassen seyn, und in dessen verbleibung dergleichen desponsationes et matrimonia zwar bestehen, ratione conditionum adiectarum ad morganaticam aber keinen effectum iuris haben.*





## CAPVT V.

EXHIBENS

## VSVM PRACTICVM LEGVM GERMANICARVM CIRCA MATRIMONIA IMPARIA.

## ARGVMENTVM CAPITIS V.

- §. LXIV. **D**E diffensu iurisconsultorum circa vsum disparagiorum hodiernum. Percensentur ratiunculae contra matrimonia imparia a nonnullis fabricatae, quae refutantur.
- §. LXV. Feminam ignobilem per nuptias cum nobili initas, vna cum liberis dignitatem et successionem mariti adipisci, affectatores iuris romani docent.
- §. LXVI. Eorum refelluntur opiniones.
- §. LXVII. Referuntur decreta iudicii aulici.
- §. LXVIII. Sententias et responsa quorundam collegiorum iuridicorum subministrat.
- §. LXIX. et LXX. Nonnullae referuntur paroemiae iuris.
- §. LXXI. An virgo nobilis, nubens marito illustri, adpellari possit durchlauchtige, hochgebohrne? disquiritur.
- §. LXXII. Refutatur Gerhardus Feltmann.
- §. LXXIII. Plures recensentur doctorum obiectiones.
- §. LXXIV. et LXXV. Probatum vsus legum germanicarum hodiernus in matrimoniis imparibus per edicta, conclusa et pacta gentilitia.
- §. LXXVI. Profertur controuersia inter domum Wirtembergicam Stutgardianam et Georgium Leopoldum comitem de Sponeck et Carolum Leopoldum et Georgium Fridericum barones de l'Esperance.
- §. LXXVII. Docet verum capituli I. X. de sponsalibus sensum.

## §. LXIV.

**M**AGNA diffidia pluresque controuersias mouerunt matrimonia imparia inter iurisconsultos teutonicos. Illi, qui inhaerent principiis iuris romani, strenue negant praxin legum patriarum in disparagiis, obliti legum et consuetudinem germanicarum. Quare statuere non erubescunt, mulierem plebeiam, nubentem nobili, et feminam nobilem, nubentem illustri, adipisci nobilitatem, insignia, omniaque priuilegia ac iura, quibus feminae, natiuitate illustres vel nobiles

F 3

gau-



gaudent. Hinc putant, non opus esse diplomate caesareo, sed liberos inde natos statim per nuptias nancisci dignitatem et successionem paternam, dum per Nouellam LXXVIII. capite III. omnis coniugum disparitas sublata sit.

## SCHOLION I.

Immo, quod mireris, nonnullos amor iuris romani eo deduxit, ut mirentur, quomodo fiat, quod summa imperii tribunalia *nouae* (ita loquuntur) sententiae adferuntur. Quum tamen fundamentum, in quo recens ista doctrina innitatur, tam firmum non sit, ut subuerti nequeat. Poni hoc, putant, in priscis Germanorum moribus et iuribus. Et huc usque certe nullam tam absurdam, tamque ridiculam opinionem, pro quo adfertor eius argumentum, vel in scriptore medii aevi, vel in voce antiqua germanica, vel in lapide sepulchrali, vel in consuetudine inueterata, vel in lege salica aut alia obsoleta, vel in Kalendario aliquo ecclesiastico, vel in diario monasterii, vel in sigillo semilacero, vel in historiola a maioribus per narrationem in nos propagata, vel in alio simili monumento non inueniat. Quid? quod prisca germanica illa iura, quibus matrimonium inaequale oppugnatur, ad eos, de quo hodie litigatur, casus trahi profus nequeant. Etenim illa damnarent nuptias cum muliere seruilis conditionis. At nuptias cum libera etiam ignobili femina damnarent nunquam, sed probarent potius liberosque ex iis natos inter nobiles collocarent. Doceret hoc *der Sachsen-spiegel* libro III. articulo XII. *Das ehelich und freygebobrne kind behält seines vaters heerschild*, et ius feudale Saxonicum capite XXI. *Der söhn behält des vaters schild und adel nach seinem tod zu lebenrecht, sofern er ehelich gebobren ist &c.* At vero ficulneas tales obiectiones non curamus. Quis non videt nomen iuris germanici hominibus quibusdam exofum esse. Agedum igitur, abstineamus ab hac denominatione et dicamus: moribus obtinere in Germania, ut matrimonia imparia habenda sint pro illegitimis. Quod tales mores in Germania usu veniant, in hoc opusculo § XLV. seq. satis abunde demonstratum dedi. Immo, qui morum in Germania nullam esse rationem habendam contendit, is leges imperii impugnat atque his temere contradicit. Cur, quae so, iussit recessus imperii de anno cIoIoCLiV. §. 105. ut in decidendis causis summa imperii tribunalia obseruent: *sowohl die statuten und gewohnheiten, als die reichs-abschiede und gemeine rechte &c.* Cur in ordinatione iudicii imperialis aulici titulo I. §. 15. disponitur: *sodann zuzuförderst - - - jedes standes, landes - - - gute ordnungen und gewohnheiten, und im mangel derselben die kaysersliche rechte und rechtsmäßige*

*mäßige gebräuche in acht zu nehmen.* Otium in proferendis iuris germanici hostibus nobis fecit dn. 10. ADAMVS KOPP in *den auserlesenen proben des teutschen leben-rechts* in prooemio p. 1. - 22. Adi quoque AVGVSTIN. LEYSERVM de *superfitione iuridica* capite III. §. 6. p. 51.

## SCHOLION II.

Prius vero quam intueamur doctrinam vulgarem, non inutile erit, illos recensere doctores, qui superstitiona veneratione erga iuris romani scita ducti, sequuntur dogmata iuris ciuilibus in argumento de matrimonio impari. Horum in numero comparent BENEDICTVS CARPZOV in *iurisprudencia consistoriali* libro II. titulo I. definitione I. HENRICVS BOCERVS de *regalibus* capite II. num. 14. HIERONYMVS TREVTLE-  
RVS disputatione II. §. 10. SAMVEL STRYK de *dissensu sponsulitio* sectione V. §. 74. et in *usu moderno ff.* libro I. titulo IX. §. 6. 10. HENRICVS DE BERGER in *oeconomia iuris* libro I. titulo II. p. 64. SAM. FRID. WILLENBERG in *selectis iuris matrimonialis* capite VI. §. 34. GEORG. ENGELBRECHT de *usu iuris romani in iure publico romano germanico* parte I. §. 30. ANDREAS TIRAQVELLVS de *nobilitate* capite XVIII. NIC. MYLER AB EHRENBACH in *gamologia principum imperii* capite V. §. 12. IO. GVIL. ITTER de *feudis imperii* capite XIV. §. 9. HENR. SALMVTH in *responsu de matrimonio principis cum virgine nobili.* GERH. FELTMANN de *impari matrimonio.* IO. BAPT. CHRISTYNAEVS in *iurisprudencia heroica* capite IX. §. 38. IYSTVS CHRISTOPH. BOEHMER de *coniugiis principis ex ratione status initis.* IO. FRID. DVLSSECKER de *matrimoniis personarum illustrium in imperio romano germanico* quaestione I. et qui sunt alii, quorum nomina heic referre, superuacuum esse, puto.

## §. LXV.

Alia via adhuc incedunt propugnatores iuris ciuilibus hoc in argumento. Aiunt enim, matrimonia nobilium cum ignobilibus non esse prohibita, neque de iure diuino, neque de iure canonico et ciuili. Inde deducere conantur hanc thesin: vbi nulla adest prohibitio legum, ibi nec adest impedimentum, quo minus effectus actuum licitorum valere possint. Iam vero conubia personarum illustrium cum nobilibus et nobilium cum plebeiis, nec iure ciuili, nec canonico, prohibita leguntur. Quid ergo impedit, pergunt, quo minus  
matri-



matrimonia personarum, quas dixi, valere queant? Quid, inquirunt, obstat liberis et vxoribus, quo minus sint digni honoribus paternis et successione?

§. LXVI.

Sed, quid haec omnia ad nos? Esto, quod nec ius ciuile, nec canonicum requirant aequalem statum et dignitatem in personis, nuptias contrahentibus. Esto, quod liberis ex inaequali coniugio natis, nec non vxoribus inaequalis conditionis tribuant omnia iura, priuilegia, dignitates et successione. Longe alia tamen statuunt Germanorum leges, (§. xxvii. xxxix. schol. I.) vtpote quae non permiserunt matrimonia imparia, multo magis iis denegarunt effectus ciuiles, (§. xxxix. et xliv.) dignitatem (§. xlv.) et successione. (§. xlvi. scholion seq.) Hinc dubium, quod posset subnasci, vtrum iura communia in hoc passu sint praeferenda legibus Germanorum, an vero haec illis? facile resoluitur per ea, quae commonstrant §. xlv. seq.

SCHOLION.

Praeclare hoc thema exposuit VITVS LVDOVICVS A SECKENDORF *im fürsten-staat* parte II. capite VII. num. 26. p. 159. *Nach alien herkommen des teutschlandes verbeyrathen sich die teutschen fürsten und vornehme reichs-grafen an keine andere person, als welche aus fürstlichen, gräflichen oder demselben gleichgeachteten geschlechts, welches zumal im reich bekant, und erwan auch den landes-fürsten, der da beyrathet, nicht unterworfen, oder landsässig wäre, gebobren ist, und sind exempel anzu- ziehen, dass im fall eine fürstliche und hohe person es hierinnen anders gehalten, und an eine gemeine von adel oder bürgerlichen standes sich vermählet, es ihnen nicht allein zur bösen nachrede gereicht, sondern auch denen also erzehlten kindern ihr stand und recht zur landes-regierung sehr beschnitten, auch wohl aberkannt, oder sie mit geringern güthern abge- wiesen worden.*

§. LXVII.

Nec est, vt quaedam exempla, in contrarium prostantia, nobis persuadeant, ac si leges patriae disparagiis effectum

effectum connubiorum aequalium seu legitimorum tribuerint (§. xxxix. scholion I.). Et quamuis ex decreto iudicii aulici, liberi Eduardi Fortunati ex Maria ab Eicken procreati, admissi fuerint ad dignitatem et successionem paternam, hanc tamen, ob fauorem religionis catholicae inter belli tricennalis turbas factam esse, recte docuerunt IVSTVS HENNING BOEHMER in *dissertatione de secundis illustrium personarum nuptiis* capite II. §. 21. et B. BVRCARDVS GOTTHELF STRVV in *iurisprudencia feudali* capite VII. §. 3.

§. LXVIII.

Nec desunt sententiae atque responsa collegiorum iuridicorum apud TOBIAM BARTHIVM de *dissensu in praxi* parte II. dissensu 735. p. 349. quae pro obseruautia iuris romani in praxi, intuitu matrimoniorum imparium, pugnarunt. At, ridiculum sane erit, si sequamur principia iuris romani, priusquam demonstratum fuit, veteres consuetudines et leges Germanorum abrogatas et harum loco receptas esse sanctiones iuris ciuilibus. Tamdiu ergo saluae manent maiorum nostrorum leges, donec earum probatur abrogatio. (§. LIV. et LXVI.).

SCHOLION.

Interea consistorium supremum electorale saxonicum iudicauit anno MDCCXXX. his verbis: *so seydt ihr als einer von adel eure magd und dienerin, so bürgerlichen standes, und eines drathziebers tochter ist, zu ehelichen befugt. Vnd dieweil durch diese vereblichung eure gewesene dienerin ihres geschlechts nahmen an sich nimmet, auch eures adelichen geschlechts und wörden theilhaftig wird, und die mit ihr inskünftige erzeugte kinder vor adelichen geschlechts zu halten.* Eodem modo Wittebergenses apud L. B. 10. BALTHASAR. DE WERNHER *obseruationum forensium* parte IX. obseruatione XIX. p. 41. filios ex matrimonio impari natos sequi patrem, eius conditionem et bona existimarunt. Sed quis non videt, has decisiones e riuis iuris ciuilibus profuxisse.

G

§. LXIX.



## §. LXIX.

Ast vero instas, dicisque, minime ex institutis Romanorum, sed potius ex ipsissimis Germanorum consuetudinibus patere, quod matrimonia inaequalia effectus tales, quales vulgo putant, non generare. Cui enim incognita est, inquit, paroemia: *ein ritters weib hat ritters recht*, IOAN. NICOLAUS HERT de *paroemiis iuris* libro II. n. VI. et VII. Quod, si accurate hoc prouerbiū examinare volumus, istud sano sensu et in terminis, vt aiunt, habilibus erit intelligendum, nimirum *ein ritters weib hat ritters recht*, si nimirum maritus secundum leges sibi copulauit vxorem aequalem. Nam legibus Germaniae antiquissimis sancitum est, vt nulla pars in copulandis coniugiis propriae fortis terminos transferat, sed nobilis nobilem ducat vxorem et liber liberam, libertus coniungatur libertae et seruus ancillae, ADAMVS BREMENSIS libro I. *historiae ecclesiasticae* capite V. (§. XXVII.). Is igitur, qui contra leges earumque dispositionem, inaequalem ducit vxorem, contra eas peccat. Qui, obstantibus legibus, nihilominus inaequale contrahit matrimonium, is sibi attribuere haud potest effectus legitimi connubii. (§. XLIV.) Effectus legitimi connubii sunt adquisitio dignitatis et iurium ei concessorum. Iuris autem commoda tantum iis competunt, qui neque contra leges agunt, neque eiusmodi beneficia temere repudiant. Tales certe sunt illi, qui aperte contra mentem legum agunt, adeoque nec iurium commodis, sed incommodis iis, quae secum ferunt leges, sunt dignissimi. Quare priuatio effectuum ciuiliū eos manet, qui legitimum non contrahunt matrimonium (§. XXXVIII. et XXXIX.). Ergo maritus illustris, ducens feminam nobilem, ratum quidem,

quidem, sed non legitimum celebrat connubium, adeoque coniux inaequalis incapax est iurium et dignitatis mariti illustris (§. xxxviii.).

§. LXX.

Pergunt iuris romani affeclae atque ogganniunt alius prouerbii tenorem: *ein ehelich gebobren kind behält seines vaters beerfschild.* Ex hoc probare volunt, quod liberi, quamuis ex impari coniugio fuerint nati, consequantur nobilitatem et successionem paternam. Verum enim vero contrarium aperte demonstrat IVS PROVINCIALE SAXONICVM libro III. articulo LXXII. *das ehelich und freygebobren kind, behält seines vaters beerfschild, und nimt auch sein erbe, und der mutter also wol, ob es ebenbürtig ist, oder baß gebobren* (§. XLV. scholion.). Vox *ebenbürtig* denotat parem genere et dignitate natua, seu hominem eiusdem conditionis, qua pater vel mater, eiusdem clypei militaris sunt, teste IO. GEORGIO WACHTERO in *glossario germanico* col. 331. Vocabulum *baß* significat *melius*, prout liquet ex eodem libro col. 126. vt ergo *baß gebobren* connotet talem, qui patre prognatus est melioris adhuc conditionis. Vult igitur ius saxonicum, vt liberi, ex aequali matrimonio nati, nobilitatis et successionis paternae sint capaces (§. XLV. XLVI. et XLVII. seq.).

§. LXXI.

Sicut error prognerat errorem, ita facile comprehenditur, cur SAMVEL STRYK in *usu moderno D. de senatoribus* §. 6. nec non NIC. MYLER AB EHRENBACH in *gamologia* capite IV. §. 7. seq. virgini nobili, quae principi nupsit, competere aiunt titulum *durch-*



*leuchtige hochgebohrne.* At, si titulum *hochgebohren* contemplamur, ille personam illustrem et excelso loco natam significat, prout docuit IO. GEORGIUS WACHTER l. c. col. 736. et *durchleuchtig* innuit personam valde illustrem, teste eodem col. 325. Titulum ergo *durchleuchtig* et *hochgebohrne* nulla acquirere potest femina, nisi quae vel ex sanguine illustrium personarum ortum habet, vel caesaris gratia eum est indepta. Quum igitur feminae inferioris nobilitatis eiusmodi originem pro se allegare nequeant, idcirco quoque illis denegantur tales tituli, quia dignitas eiusque adquisitio vel gratiae caesarea testimonium est, vel effectus legitimi matrimonii, (§. LXIX.) quale non est connubium illustrium cum nobili contractum (§. XLIV.).

## SCHOLION.

Peculiaris est obseruatio, quam refert IO. SEBAST. MÜLLER p. 119. *annalium Saxoniarum* ad annum 1533.: *Hertzogs (Iohann Ernsts zu Coburg) hinterlassene witbe Catharina, gebohrne hertzogin zu Braunschweig, hat sich nachgehends an graf Philipsen zu Schwartzburg vermählt, wobey dann anzumercken, daß, ob zwar dem sonst bekannten gebrauch nach, eine aus fürstlichem geblüte gebohrne dame, ob sie gleich an einen grafen oder herrn verheyratbet wird, dieselbe nichts destoweniger bey ihrem fürstlichen stande verbleibet, und von andern pflegt also tractiret zu werden, solches dennoch bey obgenannter sowohl gebohrner als anfangs vermählt gewesener hertzogin, nicht beobachtet werden wollen, indem dieselbe, nach im iahr 1550. mit obgedachtem graf Philipsen getroffener ebe, nicht nur von hertzog Iohann zu Weimar durchaus nicht besser als eine gräfin, und hingegen der hertzog von derselben als ein fürst von einer gräflichen person, (außer daß sie ihn anstatt: Euer fürstlichen gnaden, nur Euer gnaden genennet) tractirt worden, ihre brüder aber haben dieselbe hochgebohrt, und als eine fürstin, wie vorhin tituliret. Nemo non, qui rerum Saxoniarum est peritus, primo obrutu rationem huius tituli perspicit.*

## §. LXXII.

Ceterum magna cum impudentia GERHARDVS FELTMANN *de impari matrimonio* parte I. capite III. num.





num. 161. seq. statuere, non erubuit, consuetudines patrias etiam liberos, ex impari matrimonio genitos admittisse ad dignitatem paternam et successionem in feuda regalia. Contrarium autem prohibitio non legum solum germanicarum, (§. xxxix. scholion I.) sed et allata exempla docuerunt (§. XLIII.) Idcirco, si Felmanni opinio veritate niteretur, contra iura quidam exclusi fuissent, quod tamen exemplum Ferdinandi archiducis supra memoratum satis abunde confutat. Videantur CHRISTIANVS THOMASIVS in *den iuristischen händeln, zweytem theil, drittem handel* p. 107. sqq. et part. III. p. 197. sqq. et GABRIEL SCHWEDER in *dissertatione de matrimonio ad morganaticam* §. 22.

## §. LXXIII.

Porro quidam obiicere haud veriti sunt, quod nulla exstaret lex scripta, quae prohibitionem, ne quis impari se societ, contineret. Verum praesto sunt LEX SALICA, leges WISIGOTHORVM, BVRGVNDIONVM, SAXONVM, ALEMANNORVM, quae poenam seruitutis et mortis statuerunt in eos, qui contraherent matrimonium impar (§. xxxix. scholion I.) Sed et his missis, nonne consuetudines inueteratae et vsu probatae auctoritatem et vim leges habent? Quis veritatem huius thesicos in dubium vocabit? Equidem GERHARDVS FELTMANN *de impari matrimonio* est is, qui rursus iactare ausus fuit, consuetudines, ne quis impari se societ coniugi, esse tantum particulares. Verum mores Francorum, Alemannorum, Saxonum aliarumque gentium germanicarum longe aliud testantur. Tamdiu itaque pro consuetudine vniuersali militat praesumptio, donec per argumenta magis solida probe-



tur contrarium. Euolue interea dn. HENRICI CHRISTIANI SENCKENBERGII *ius feudale* §. 306. p. 345.

§. LXXIV.

Tandem usum legum germanicarum practicum in connubiis inaequalibus monstrant codicilli caesarei de conferenda maiori dignitate (§. LV. ibique scholia). Quid opus esset hisce diplomatibus? Quare imploraretur consensus agnatorum in disparagiis? Frustra profecto pro impari femina impetrarentur collationes dignitatum comitis aut principis ab imperatore!

§. LXXV.

Praeterea illustrium sanctiones et pacta abunde docent de praxi legum et consuetudinum patriarum in disparagiis, ita, ut iure optimo maximo statuamus, exulare iuris romani scita, quod ad matrimonia inaequalia, et iuri romano hac in parte omnem denegemus auctoritatem.

SCHOLION.

Restauravit iuris germanici scita edictum, a Friderico electore Brandenburgico anno MDCCXCVII. promulgatum, quod legitur *tom. III. corporis iuris feudalis* IO. CHRISTIANI LÜNIG. col. 947. Huius edicti noua confirmatio iterum publicata est anno MDCCCIX. Occasionem huic renouationi dedit sententia scabinorum Hallensium occasione matrimonii nobilis, cum bibliopegae filia contracti, qui hac de causa consulti, hunc in modum responderunt: *daß gegenwärtiges matrimonium pro legitimo zu achten, und also der wittwen alles dasjenige zu reichen, was sonst nach dasiger landes-ordnung einer adelichen wittwen gebühre. V. R. W.* Videatur SAMVEL STRYK in *usu moderno D. de ritibus nuptiarum* §. 7. Sed horum Iurisconsultorum sententiam impugnauit ordo equester, quo factum, ut per speciale edictum regis Borussiae eiusmodi matrimonia fuerint prohibita. Quid autem hac de re sanxerit Fridericus Wilhelmus rex B., constat inter omnes. Similiter pacta illustrium personarum docent, quod inaequalitatem in contrahendis nuptiis odio maximo persecuti sunt Germani. Confer IO. NICOLAVM HERT de *Specia-*

*Specialibus romani germanici imperii rebuspublicis sectione II. §. 6. Idem pellucet e pacto gentilitio inter brandenburgicos electores et comites Hohenzolleranos die 5. Nouembris 1695. inito, quod prostat apud 10. CHRISTIANVM LÜNIGIVM parte I. spicilegii secularis des teurfelbergs reichs-archivus tomo XXIII. p. 352.*

§. LXXVI.

Sub finem huius opusculi mentio adhuc iniicienda videtur illustris caeque maximi momenti controuersiae tam in Germania, quam in Gallia satis notae, ac inter domum Wirtenbergicam Stutgardianam et Georgium Leopoldum comitem de Sponeck et Carolum Leopoldum et Georgium Fridericum barones de l'Esperance, agitatae. Existimant plerique eruditorum, quod heic quaestio tantum esset de matrimonio impari. Sed falluntur hac in parte. Equidem Sponeckius se natum ait ex Anna S. Hedwigeria, pistoris lignicensis filia, et quondam famula ducis Oelnensis. Ast vero Wirtenbergici docuerut in libello, cui nomen: *l'imposture du Comte George Leopold de Sponeck et des barons Charles Leopold et George Frederic de l'Esperance soy disants princes de Montbeliard, demonstrée par des preuues incontestables pour desabuser le public.* fol., quod benedictio sacerdotalis Leopoldi Eberhardi ducis Montisbelgardenensis cum Anna Sabina Hedwigeria probari nequeat. Immo, si hanc factam esse, pateret, id tamen matrimonium esse nullum ob defectum consensus parentis et agnati senioris familiae, quem omnino requirit pactum, anno 1617. initum; nullum porro esse id coniugium ob parochum inhabilem et qui potestate copulandi destitutus fuit. Dein huic matrimonio obstare contendunt exceptionem sponsae, alibi iam desponsatae, et quod dux Leopoldus Eberhardus inde ab anno 1695. vsque ad annum 1714. istam mulie-



mulierem concubinae loco et animo habuerit, immo, quod ipse dux hoc ingenue fassus esset, ac ista mulier iureiurando hoc firmarit, se iustas nuptias nunquam contraxisse cum Leopoldo Eberhardo. Quibus accedit exceptio filiationis, quia Sponeckius, se filium esse Leopoldi Eberhardi, ducis Montisbelgardensis, probare non posset. Quod ad barones de l'Esperance atinet, opponitur his exceptio partus incesti. Nam e duabus sororibus, ex ima plebe ortis, Henrietta nempe Hedwige l'Esperance, concubina secunda, generasset is octo liberos, e quibus tres essent adulterini. Dein ex huius sorore Elisabetha Charlotta, etiam octo procreasset liberos, e quibus superstites essent Carolus Leopoldus et Georgius Fridericus, vterque baro de l'Esperance. Haec Charlotta Elisabetha, postquam per vndecim annos concubina fuisset, coniugii irriti consors facta. Vide *das unterthänigste anbringen vom December 1739.* Immo, si quis fingeret, matrimonia heic subesse rata, propter imparitatem status tamen illegitima ea esse, patet cuius. Firmat etiam, quae dixi, *der fürst-brüderliche vertrags-abschied zwischen herrn Iohann Friederichen, hertzogen zu Württemberg &c. und dero herrn gebrüdern Ludewig Friederichen, Iulius Friederichen, Friederich Achilles und Magnus de anno 1617.* apud IOAN. CHRISTIAN. LÜNIG tomo IX. *des reichs-archius p. 751. Dieweil auch ihro sämtliche fürstliche gnaden gleichen fürstlichen geblüts und herkommens - - - daß keiner unter ihnen - - - sich ohn der andern, sonderlich aber des ältern regierenden herrn brudern, als des haupts dieses fürstlichen hauses, rath, vorwissen, willen und belieben, zumahl aber nicht auffer dem fürstlichen stand verheurathen soll noch will &c.* Eum in finem Leopoldus Eber-

Eberhardus solemnī pacto, Wildbadii anno 1715. factō, successionis incapaces liberos suos esse declaravit. Vide *l'imposture* in adiunctis numero 21.

## SCHOLIION. I.

Ex his quiuis intelligit mentem conclusi senatus imperialis aulici die 18. septembris 1739. publicati, quod ita se habet:

**I**hro Kayserliche Maiestät haben geborsamstes reichs-hofraths-allerunterthänigstes gutachten allerzudigst approbiret, dem zu folge hat I. die von dem grafen von Sponeck gebetene restitutio in integrum und cassatio conclusi vom 5. Mart. 1734. bewandten umständen nach nicht statt. II. Obschon der graf von Sponeck sowol als die freyin von l'Esperance und ihre kinder durch die in anno 1715. eydlich wiederholte anerkenntniß alles dessen, was der verstorbene hertzog von Mömpelgard wegen der unrechtmässigkeit dieser beyden vermeintlichen ehen, und der unehlichen geburt dieser kinder in dem Wildbaader tractat zu erkennen gegeben, schon von selbst vor unehlich geborne declarirt, also nicht mehr wegen des gethanen eyds gegen den herrn hertzog zu Würtemberg-Stuttgard gehöret zu werden, fähig gewesen seynd, auch Ihro Kayserliche Maiestät den verstorbenen herrn hertzog zu Mömpelgard bereits den 8. Nov. 1721. die legitimation dieser seiner natürlichen kinder abgeschlagen, und den im heiligen Römischen reich herkommlichen observantz gemäß, zum praeciudiz des ex pacto et obseruantia maiorum rechtmässigen nachfolgers des herrn hertzogs zu Würtemberg-Stuttgard, dieselbe nicht verhängen wollen, wodurch selbige abermals als unehlich geborne von dem verstorbenen hertzog anerkannt, und von Ihro Kayserlichen Maiestät in diesem stand gelassen worden. So haben doch Ihro Kayserliche Maiestät zum überflus vordero geborsamsten reichs-hofrath den 5. Mart. 1723., nachdeme circa factum, was diese vermeintliche ehen und die daraus erzeugte kinder betrifft, in actis alles vollständig hinc inde instruirt gewesen, hauptsechlich darüber ein recht beständiges gutachten erstatten lassen: ob diese angegebene ehen vor zu recht beständig, und die kinder vor des hertzogs von Mömpelgard rechtmässige kinder geachtet werden könten? Nachdeme sich nun sowol circa factum befunden, daß diese beide vermeintlichen ehen ob cumulum macularum et criminum complicatorum und abgängigen requisiten einer rechtmässigen ehe, vor null und nichtig, und die daraus erzeugte kinder vor nichts anders, als unehliche kinder nicht nur nach denen in

H

Teutsch-

Teutschland bey allen drey religionen recipirten rechten und gewohnheiten, sondern auch denen gemeinen geschriebenen und canonicischen rechten zu achten seyen. Ueberdieß aber auch die fürstl. Württembergischen pacta domus, insonderheit der brüder-vertrag de anno 1617. (welcher mit einem theuren eyd bekräftiget, auf sie und alle ihre erben und nachkommen dieser fünf brüder, welche stamm-väter aller Württembergischen linien gewesen, geschlossen, von praelaten und aller übrigen landschaft, als eine sanctio pragmatica perpetuo valitura vor beständig angenommen worden, und hierin fals denen verschiedenen vorbergängigen pactis domus in allen gemäß ist) denen Württembergischen hertzen keine ehe mit andern als fürstlichen personen zulassen, an welchen brüder-vertrag der verstorbene hertzog zu Mömpelgardt desto fester verbunden gewesen, als er und seine voreltern die gefürstete grasschaft Mömpelgardt, und was davon abgehangen, nach dessen breiteren innhalt bekommen, und er sie kraft desselben bis an sein ende in besitz gehabt, mitbin zu erfüllung desselben auch seiner seits in allen puncten und clausuln gehalten gewesen ist, so hat gehorsamster reichs-hofrath eben aus dem grund, daß weder eine rechts-beständige ehe, noch ehelich geborne kinder vorhanden seyen, allerunterthänigst ingerathen, nicht nur die führung des fürstl. Württembergischen namens und wappens diesen weibern und kindern zu verbieten, sondern auch die letztere vor successions unfähig zu erklären, wie solches alles in der Kayserlichen resolution vom 8. April 1723. der länge nach zu ersehen ist. Worauf auch in verschiedenen nach der hand erfolgten conclusis sowol dem grafen von Sponeck als den freyherrn von l'Esperance deutlich genug zu erkennen gegeben worden, daß die causa status bereits abgethan und decidirt seye, auch dem grafen von Sponeck die gebetene relaxatio a iuramento ad effectum agendi in ordine auf den statum seiner geburt nicht könne ertbeilet werden. Obnerachtet aller dieser erkentnissen hat der graf von Sponeck gegen den herrn hertzen zu Württemberg-Stuttgart sehr weitläufig gehandelt, und insonderheit alles beyzubringen gesucht, was die ehe seiner mutter mit dem hertzog, dem schein nach, rechtmässig machen können. Die freyin von l'Esperance aber hat in verschiedenen theils sehr voluminösen exhibitis auf einer seite die rechtmässigkeit ihrer ehe mit dem hertzog behaupten wollen, auf der andern seite aber alles beygebracht, was die unrechtmässigkeit der ehe mit Anna Sabina Hedwigerin, nachmaliger grafen von Sponeck, zu erweisen dienlich gewesen. Ob

nun schon der graf von Sponeck darauf entweder nichts antworten können, oder aus einer gantz unerhörten, und in denen reichsgesetzen so scharf verbotenen contumacia nichts antworten wollen, so hat doch er sowohl, als die freyin von l'Esperance über die rechtmässig- oder unrechtmässigkeit dieser eben zu sprechen öfters allerunterthänigst gebeten.

Da nun ein gleiches von ietzig fürstl. Württembergischen administratore herrn hertzen Carl Friederich zu Württemberg - Oels auch beschehen, so haben Ihro Kayserliche Maiestät nochmals alles gründlich untersuchen und sich semtliche acta und exhibita aller theile allerunterthänigst referiren lassen, nichts anders aber finden können, als daß beyden eben die erfordernisse einer rechtmässigen ehe abgehen, und ob complicata crimina sowohl nach denen in Teutschland in observanz seyenden, als auch denen gemeinen geschriebenen und in diesem fall von denen Augspürgischen confessionsverwandten selbst recipirten canonischen rechten vor null und nichtig zu erachten, auch die daraus entsprossene kinder vor ohnehliche kinder zu achten seyn, declariren auch dero obangeführte allerhöchste Kayserliche resolution vom 8. April 1723. hierdurch dahin, daß, nach dem breiteren innhalt des zuvor erstatteten reichshofraths-gutachtens, es mit derselben keine andere meynung gehabt habe, als daß wegen so nichtig- als unrechtmässigkeit der vorgegangenen eben, und wegen der unehlichen geburt der kinder ihnen die führung des fürstlichen namens und wappens untersaget, und sie angewiesen worden, sich nicht anders als gräfin und graf von Sponeck, wie auch freyin und freyherrn von l'Esperance zu schreiben, welche Kayserliche verordnung hierdurch nochmals wiederholt wird, mit der verwarnung, daß widrigenfalls auch die Sponeckische gräfliche standes-erhöhung und das freyherrliche Esperancische diploma, so weit solche diese Sponeck- und Esperancische mutter und kinder angehen, wieder cassirt und eingezogen werden sollen. Woraus sich denn von selbst ergibt, daß sie auch von der den ehelich gebohrnen kindern, denen rechten nach, zukommenden succession, als deren unfähig, und unehlich gebohrne auszuschliessen, und mit dem blossen unterhalt zufrieden zu seyn, anzuweisen seyn. III. Wird ihnen also der zwischen dem herrn hertzog zu Württemberg - Stutgard, und zwischen dem verstorbenen herrn hertzog zu Württemberg Mompelgard verglichene jährliche unterhalt à 12000. fl. unter denen dazu gesetzten bedingnissen hierdurch nochmals zuerkandt.

(L. S.)

Matth. Wilhelm Hahn,

H 2

SCHO-

## SCHOLION II.

Nemo non comprehendit etiam articulum XIII. pacis, Viennae inter imperatorem Carolum VI. et Ludouicum XV. Galliae regem factae, qui huius est tenoris:

*Extrait du traité de paix de Vienne du 18. Nov. 1738.*

## Art. XIII.

**L**n benefice de la restitution stipulée par le XIII. art. de la paix de Ryswick, et par le XII. de la paix de Baade, en faveur de la maison de Wirtemberg, aura lieu de la même maniere précisément, qui y est prescrite à l'égard du présent seigneur duc, et de ses heritiers et successeurs, d'autant que la règle generale exprimée cy dessus dans l'art. III. demeure en son entier, savoir, que dans toutes les choses qui n'ont pas été changées par des conventions posterieures, faites du consentement de deux contractants, les traités, cités dans ce même article, servant de base et de fondement à la présente paix, doivent subsister en leur entier. D'où il resulte naturellement, que si quelque chose n'avoit pas encore été restitué aux états, vassaux et sujets du St. Empire Romain, en conformité de ces mêmes traités, ou n'avoit pas encore été mis depart ou d'autre pleinement à execution, le tout doit être restitué et mis à execution sans celuy, comme si la tenue de ces traités étoit repetée icy de mot à mot.

## SCHOLION. III.

Maximi interea momenti lis est, de qua dixi, vbi de territorio Montisbelgardensi et nouem lautis dynastiis quaestio est. E quibus Reichenweiler et Horburg feuda Alsatica, Granges vero, Carival et Passavant Burgundica sunt feuda, reliquae autem dynastiae, videlicet Hericourt, Chatelot, Blamont et Clemont allodia sunt. Confer articulos IV. et XIII. pacis Ryswicensis et articulum II. et XII. pacis Badensis.

## §. LXXVII.

Haec haecenus, et quidem occasione capituli I. X. de sponsalibus. Huius igitur verus sensus et mens genuina haec est: Quidam e Francia orientali duxerat uxorem, Saxonem natione, quae ex ordine superioris nobilitatis erat prognata. Ex praescripto legis Saxonicae se contraxisse matrimonium existimauit ille, dum sui status et ordinis coniugem secum coniunctam credit.



credit. Verum hic oblitus erat iuris peregrinitatis, inter Saxones et Francos orientales recepti, vi cuius tale matrimonium illicitum esset. Idcirco dimissa hac coniuge, aliam duxit vxorem. Quum vero clerici hoc aegre ferrent, ille, iure suo se vsū esse, adfirmavit, atque has diuortii causas pro se allegavit. Moris esse, ait, Francici, vt vxor rite ematur, dos ei constituatur et detur morgengaba. Haec vero se non obseruasse, sed saltim ad aequalitatem status respexisse, contendebat. Interea is putabat, vxorem non esse apud Francos, quae non rite esset emta, non legitime dotata, et cui de morgengaba non esset prospectum. Verum enim vero, posthabito iure germanico, synodus decreuit, iuris pontificii hac in parte esse rationem habendam, et prius matrimonium pro legitimo esse declarandum, posterius autem nullum esse censendum.

## SCHOLIION.

De more Germanorum emendi, dotandi et morgengaba donandi vxores, dicere nihil volui, quia otium mihi fecit NICOLAUS HIERONYMVS GVDNLING *de emtione vxorum, dote et morgengaba.*

## A D D E N D A.

## A D §. L.

**O**LIM Franci inuisa fuisse matrimonia impatia, testantur ea, quae de filiis Gunthrami regis memoriae prodiderunt historici. Aegre tulerunt Franci, quod illi matre, quae seruales praestiterat operas, essent prognati. Hinc GREGORIO, Turonensi, libro V. capite XXI. testante, Franci existimarunt, quod hi filii regnum capere non possent, quia ex familia Magnacharii cuiusdam mater fuisset orta. E contrario Franci admodum laudarunt conubia Sigeberti regis Austrasiae cum Brunehilda, et Chilperici cum Gailwintha, filiiabus Athanagildi regis Wisigothorum inita. Vide GREGORIVM, Turonensem, libro IV. capite XXVII. Hinc VENANTIVS FORTVNATVS libro VI. *carmine* num. VII. ita canit:

. . . . . iure suo se quoque ligat.

A D



## A D §. LI.

Quum Georgius Aribertus, princeps Anhaltinus anno 1643. diem obiisset supremum, vidua eius Ioanna Elisabeta de Krosigk de hac morte scripsit Wilhelmo Saxoniae duci, atque litteris suis ita subscripsit: *Euer fürstlichen gnaden demüthige, Johanna Elisabeta, fürst Georg Ariberts zu Anhalt selig hinterlassene witbe, geborne von Krosig.*

Sic vero dux, quum ipsi responderet, eam compellauit in suis litteris: *Von Gottes gnaden Wilhelm hertzog zu Sachsen, Fürlich, Cleve und Bergen, unsern gnädigen gruss zuvorn. Edle, liebe besonderin, wir haben Euer schreiben &c.*

Inscriptio huius epistolae his erat verbis concepta: *Der Edlen, unser lieben besonderin frauen Johannen Elisabethen, geborner von Krosig, witten zu Wörlitz.* Vide IO. SEBAST. MÜLLERI *annales Saxonicos* p. 368.

## A D §. LIII.

Quantae curae cordique fuerint Germanis matrimonia aequalia, manifestum est ex illis, quae de matrimonio Maximiliani I. imperatoris, cum Blanca Maria, Sfortia, commentati sunt historici. Audiamus hac de re GERHARDVM DE ROO in *annalibus rerum ab Austriacis principibus gestarum* libro XI. p. 507. *Non probantur, inquit, illae nuptiae plerisque Germaniae principibus, quod Sfortiarum ac Vicecomitum familia Austriacae veteri et tot maiorum imaginibus austae prosapiae, impar esset.* Idem perhibet PONTVS HEVERTVS libro V. *rerum Belgicarum* p. 222. ad annum 1494. *Mirabantur, ait, complures, caesarem Maximilianum ad tam impares descendisse nuptias.* His addo PHILIPPVM DE COMINES dans ses *memoires* libro VII. capite III. qui ita loquitur: *Le mariage à fort despleu aux princes de l'Empire, et à plusieurs amis du roi des Romains, pour n'être de maison si noble, comme il leur sembloit, qu'il leur appartenoit.* Adi quoque dn. IO. DAVID. KOELERVM parte IV. *der historischen münzt-belustigung* p. 76. sq. *Compara etiam partem V. l. c. p. 437. sqq. vbi clare docuit, quod connubium personae illustis cum nobili siue mediata siue immediata sit inaequale. Claudimus igitur recte nostras meditationes verbis PETRI DE ANDLO de imperio romano lib. II. cap. XII. p. 95. Est autem, inquit, alemannis inueteratus vsus, et longe retro observata consuetudo - - vt baro, copulando sibi militaris et inferioris generis coniugem, prolem suam, inde creatam, degeneret, atque debaronizet, filique de cetero barones minime vocitentur.*



155053

8

AB 155053

KL 468 od







12  
VESTIGIA IVRIS GERMANICI  
IN IVRE CANONICO  
ET QUIDEM CAP. I. X. DE SPONSALIBVS

DE  
O D I O  
IN  
MATRIMONIA INAEQUALIA  
ET RESTRICTO IVRE  
NOBILITATIS GERMANICAE  
QVOD AD CONNVBIA

QVAE  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
WILHELMO HENRICO  
DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE WESTPHALIAE COMITE SAYNAE  
ET WITTGENSTEINII RELIQVA

PRAESIDE  
DN. IO. GEORGIO ESTOR  
CONSIL. AVLICO SAXON. PROF. IVR. ORD. TRIBVNALIS SERENISS.  
SAXONIAE DVCVM QVOD IENAE EST FACVLT. ICTORVM  
ITEMQVE SCABIN. COLLEGII ADSESSORE  
PRO GRADV DOCTORIS  
D. IX. APRIL. A. O. R. CIO DCCC XXXX.  
H. L. Q. C.  
ERVditorVM EXAMINI SVBMITTIT  
AVCTOR  
IOANNES IACOBVS SORBER  
ERFFVRTENSIS.

IENAE EX OFFICINA RITTERIANA.